BIBLIOTECA
DE MEDICINA
EST. 86
TAB. 2
NÚM. 12
MADRID

Reservado
E6 n 1º

362

Maiolus

# DE GRADIBVS MEDI
# CINARVM

BIBLIOTECA R. COLEGIO DE S. CARLOS

## LAVRENTIVS MAIOLVS GENVENSIS ILLVSTRISSIMO. ET EXCELLENTISSIMO DVCI LVDOVICO MARIAE SFORTIAE PERPETVAM FOELICITATEM.

Præter meam in te ſummam obſeruantiam, præſertimque Hybleti Fliſci patroni mei, dedititii tui ĩtegram fidem, nulla re gratiam tuam facilius me initurum exiſtimo q̃ munere litterario. quo & ſi minus præſtare poſſum, ut te magnanimum principem (quem nullus ſatis poteſt) iure mihi promerear, tamẽ quia meritorum magnitudo poti⁹ uirtute animi pẽſanda eſt q̃ operis grauitate, non uereor quin hæc ſcripta noſtra de artificiali graduum inuentione in medicinis, quæ excellentiſſimo nomini tuo dicamus, & ſub tuo auſpicio publicamus, hilari abſte fronte ſuſcipiantur. nam ego iſta tibi tãto ſtudio dedico, ut maiore non poſſim. tum quia nihil ex tota philoſophia aut medicina grauius, aut humano ingenio deſiderabilius occurrere poſſet, in quo maiores mihi laudes deberẽtur, ſi ea ſcriberem, quæ ſtudioſis placerent, q̃ ſi hoc opus, quod ſuſcepi. quod forte plurimi ea ratione prætermiſerunt, ꝙ priores, qui ante auſi fuerant, aberraſſent, & ipſi, ſi ſcriberent, implicare ſe erroribus uererentur. Ego uero quanto me periculo expoſuerim, non ignoro. Quis enim tam uariis hominum iudiciis quibus me nunc ipſe ſubiicio, ſatiſfaciat? Sed quia in magnis audere ſat eſt, & ut ait Pindarus. μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. tantũ me onus ſuſcepiſſe, nũquam pigebit, cui ſi tui unius iudicio, non ſuccubuero, ſumma mihi ſpes eſt, ut tuam mihi beniuolentiam conſequar. pro qua etiam deo optimo maximo agã ſemper immortales gratias. Vale.

Laurentii eiuſdem prologus in totum opus continens ne/
ceſſitatem & utilitatem ipſius præſuppoſita auctoris intentiōe.

Qui ſe ſe in ſcientiis præclarum aliquid poſteritati linquere ſtudēt quanta ueneratiōe philoſophiā Ariſtotelis ꝑdiſcētes ad/mirantur, tanta debent imitatione modum eius ſcribendi di//gnum cenſere. Hoc enim ita cæteroꝝ philoſophantiū errores increpat in omniū fere ſuoꝝ librorum principiis. ſicut illa in ea proficiētibus admirabilem ueritatē perfectiſſima demonſtratio ne concludit, quæ nec pura, ſincera, nec facilis exprimi pōt, ni/ſi undiq; ab erroribus calligātibus denudetur, & in ſe clara pro/ſiſtat. Mihi igitur nō nihil de medicinaꝝ cōpoſitaꝝ graduum i uentione cōmentaturo operæpretiū eſſe duxi opiniones non nullas prioꝝ. qui ſuper re hac philoſophati ſunt præmittere, ea rūq; radices breuiter attingere, ut ſniaꝝ illoꝝ non ignari recte di cta ſectari cōprobare, & pro ipſis gratias agere poſſimus. Errata uero & inſequamur, & refellamus, ne in id producāt bonarum litteraꝝ ſtudioſos, in quod fugiētes ipſi præter ſpem inciderūt. & ſui erroris inſcii apud poſteros habituros ſe ſummā laudem & gloriam exiſtimauerunt. Nec eos fallit eorum opinio, ſi æquus iudex pro ſtudio cura & animo merita illis decernat, quāuis re minus aſſecuti ſint, quod pro poſteritate elaborauerāt. Aliquā tamē nobis occaſionē præbuere ꝙ huic rei operam poſteri na/uaremus. & id aſſecuti fuerimus, quod ſe nobis præſtitiſſe credi derunt. forte enim ſi ipſi prætermiſiſſent dicere. & nos opus il/lud minime aggreſſi eſſemus. multaq; nobis deeſſent uolentibꝰ recte philoſophari, & medicīæ ſcientiā rationabiliter exercere: Quis enim tam ignarus medicus eſt, ut in propoſito loquar, ꝗ neſciat medicinarum compoſitarum ſibi opus eſſe in ablatiōe morborum & cauſarum & accidentium pro ſola ſanitatis adep tione? qui ue neſciat ſimplices ipſas medicinas per ſeſe nō ſuffi/cere? aut quod omnia neceſſaria pro morbis, pro cauſis morbo rum, pro cauſis & morbis, pro morbis & accidentibus. pro ac/

cidentibus tantum,pro complexione membrorum, pro loco pro colligantia,in eis ſingulariter acceptis non reperiantur, aut quia plus,aut minus habent quam in cura conueniat, aut ꝙ cũ eo,quod expediens eſt contrariam poſſideant poteſtatem, & deniq; in ſe habeant,quæ ab artifice perito non cẽſentur oppor tuna ueluti horribilitatem,uelocem nimium per corpus motũ longam moram,tranſitum illac,qua nocumentum hũano cor pori inferant,& cætera,quæ quiſq; medicus in medicorum li- bris attritus per ſe partiri poteſt. Sed fruſtra quiſq; his aſſentiat, & manum det niſi exacte cognouerit, quis ex cõmiſtis inter ſe ſimplicibus medicinis in compoſita gradus efficiatur? Nihil.n. iuuat in alicuius morborum cura tanti gradus medicinam com poſitam eſſe neceſſariam coniectari,ſi quæ ſit talis nequeamus agnoſcere,nec per nos ipſos poſſumus conficere. Quare cum hi qui ante nos fuerunt,quos uiderim, aut omnino in hoc ne- gocio a uia ueritatis declinauerint,aut ueritatem, maxima diffi- cultate implicitam ac etiam diminutam enunciarint, ut quod plane ſenſerint,nõ omnes ualeamus agnoſcere.decreui ita bre- ui priorum poſitionem eniti deſtruere,ut aliorum poſſim perfe ctam & facilem ſententiam explicare. Itaq; primũ Ieſu chriſto glorioſo duce.& utrunq; nobis ſua benignitate præſtante pro- poſitum ſic aggrediar.

Tractatus primus de inuentione graduum medicinarum.
Caput primum de proportione graduum ad inuicem ſecũ dum Alchindum & Arnaldum.

c Vm ſermo de inuentione graduum medicinarum compoſitarum nobis habẽdus ſit, quid primo de proportiõe graduũ ſenſerint Alchindus & Arnaldus opus eſt referre, ut eo ordine progrediamur ꝑ tractantes quo exordientes promiſimus, Alchindus igitur, & tp̃re antiquior, & fama celebrior, ueluti medietatẽ quandam temperamentum conſtituit, ſupra quã, gradũ primũ duplam proportionem habere argumentatus eſt, eandẽq; proportionem ſeruare gradum ſecundum ſupra primũ & tertium, ſupra ſecundum & quartum, ſupra tertium ea ratione monſtrauit, ꝙ inter propoſitiones muſicas, quæ quinq; numero ſunt, ſola dupla dulciorẽ ſeſe auribus ingerit. & quod dicitur decia nona problematum diapaſon conſonatia cantatur ſola, & quod in ordine naturali ipſius numeri, primum augumentum ꝑ proportionem duplam conficitur. Cui poſitioni conſentire uidetur Arnaldus in libro ſuo de gradibus medicinarum ratiões afferens per quas quod ipſe ſentit probabile fieri putat. Neceſſe enim inquit eſt ꝙ itenſio omnis uel remiſſio ſupra uel infra temperamentum ſecundũ cõmunem aliquam rationem inueniatur in omnibus gradibus. Talis autem ratio non poteſt de qualitate dici, quæ ſibi non magis unum gradum in ſubiecto ſecundum ſe determinat quam alium, qualitas enim in eo ꝙ qualitas non dicitur huius, uel illius gradus exiſtere quantitati. etiam eiuſ extenſiuæ minime intenſionis uel remiſſionis, ratio aſcribi poteſt propterea ꝙ gradualis complexio uniformis eſt per totum ut ſupponitur in ſimplici medicina, & quantancũq; acceperis quantitatem eiuſdem, quem totius gradum dixeris, & partis eẽ non negabis, quãuis non eadem uirtus omnino in toto & parte

uel in omnibus quibuſlibet diuerſis partibus exiſtat. Communis ergo, & eadem ratio graduum eſt una & communis inter ſe proportio cũq; hæc dupla ſit primi gradus ad temperamentũ, neceſſario conuincitur in eadẽ proportione conſequentes gradus inuicem ſe habere ꝙ ex eo etiam uidetur admittendum ꝙ gradus ſecundus tantum ſupra gradum primũ operatur, quantum idem primus ſupra temperamentum, & conſequentes gradus eodem modo ĩter ſe habent. A equali igitur exceſſu & proportione inter ſe naturali ordine diſtabunt. Obiecta etiã inquit Arnaldus aliorum ſenſuum ſi ſenſibiliter alterum ab altero operationem uariauerit duplam ad minus intra ſe proportionem habebunt. Et hoc iacto fundamento optime compoſitaꝶ medicinarum exiſtimat uterq; gradus inueniri poſſe, ſicut inferius ſuo modo procedendo monſtrabitur.

Caput ſecundum cõfutans prædictam poſitionem tanquã falſo fundamento ĩnixam.

p Rædictã Alchindi poſitionẽ quã nõnulli rudioꝶ propter rationes rhetoricas praiductas. admirati ſunt, ita confutamus ratione Auerrois, quinto colliget. eſſet ĩquit Auerrois neceſſe remouere quartum gradum, tertius enim id ageret, ꝙ quarto gradui tribuitur. nam ut inferius hoc capitulo declaratur abſq; dubio, gradus tertius interficeret, & nõ tantum manifeſte læderet, rurſus medicina. quæ eſt quarti gradus cõtineret ſexdecim partes, partibus primĩ gtadus æquales. nam proportionẽ ſexdecuplam ad gradũ primũ quartus gradus haberet, quas partes corpus minime poſſet ſuſtinere, ſed gradu tertio pernecaretur, qui octuplam ad primũ proportionem habet, quare inter tertium & quartũ nulla diſtinctio aſſignari poſſet, quia in effectu conueniũt, diſtinctio aũt in gradibus per effectus mõſtrari ſolet, Amplius nec gradus ipſi ſeruarent parem latitudinem, quãuis natu

rali ordine collocentur.nam inter temperamentũ, & gradum ſecũdum quatuor intercidunt unitates.inter uero gradũ quartum & tertium octo,quare longe maior inter hos apparet exceſſus. Nec ualet ad hæc dicere quemadmodum dicit conciliator differentia centeſima trigeſimanona,quod quartus gradus ſexdecim medietates,& non gradus continet,hoc enim falſum ẽ, quia gradus primus,& qui ſe habet in proportione dupla ad illum duplam uirtutem eius continet,& eſt quaſi ille geminatuſ & qui in quadrupla quadruplã uirtutem, & eſt ille quadruplatus,& ſic deinceps. Aliter enim tantummodo eſſet exceſſus ſecundum denominationem maioris numeri,& non ſecundum uirtutem & ueritatem,quod non intendit Alchindus cum in re,talem conſtituat proportionem. Arnaldus uero ait quod impræſſio primi gradus eſt occulta alteratio in prima obuiatione corporis humani. Impreſſio uero ſecũdi eſt alteratio manifeſta ĩ prima ẽt obuiatõe,tertii uero eſt occulta corruptõ,q̃rti aũt manifeſta, Addit autem idem Arnaldus quod q̃ttuor operatiões eandem quam gradus ĩtra ſe proportionem habent .uidelicet duplam,quod tamen probatur eſſe falſum. Nam ut ſuperius dicebatur,tertius gradus faceret operationem quarti,& ſecundus tertii,& primus ſecundi.nam primus manifeſtam induceret alterationem.ſecũdus occultam corruptionem.tertius uero manifeſtam.huius ratio eſt,quia duarum uirtutum æqualiter ſibi reſiſtentium,ſi earum altera dupletur ſenſibilem manifeſtamq́;, in alteram alterationem inducet,quod ſigno monſtratur multiplici,& de duobus pugnantibus æqualium uirium ui tantum & nulla arte pugnantium de duobus etiam ponderibus æqualibus altero deinde duplato nulla expunto perpendiculi adueniente uarietate.ſed ſola põderis ratione. Ex feruẽtiſſima rurſus & frigidiſſima aqua in proportionibus,& uirtutibus æqualibus commixtis altera poſtmodum duplata, Semper enim qđ geminatum eſt ſenſibili alterum pro mutatione alterabit, Con

ſutemus,& rurſus aliter erroneam hanc poſitiõem,& quam pu tat ueram rationem,confringamus dicentes graduum diſtin‐ ctionem,quæ naturalis eſt non debere ex arithmeticis,aut mu‐ ſicis ſuppoſitionibus aſſignari. Cenſentur profecto nõnunquã Pythagoras,& Plato repræhenſionẽ non indigni qđ naturalia per mathematica uoluerint demonſtrare de genere in genus trã ſcendentes cum ſciẽtia omnis ex propriis principiis ſit,ſed hoc ſentiens Arnaldus excuſare uoluit non ueluti propriam ratio‐ nem Alchindum attuliſſe, quod ex arithmetica, aut muſica ad propoſitum induxit affirmans,ſed tanquam modum quen‐ dam quo inueniretur propoſitum aſtronomorum a more qui ſuppoſito planetarum motu per eccentricos fieri & epicyclos. quamuis hoc falſum a naturalibus exiſtimetur,per ipſum tamen de multis,ut de eclipſibus aſpectibus planetarum & de aliis cer tiſiunt. Et me Hercle negari non poteſt ex falſis ſyllogiſtice ali‐ quid uere colligi. Factum tamen ab ipſis in propoſito nũdum comperi ſed potius in errores eſſe delapſos ut in proceſſu expli cabimus. Neque præterea ex quocunque falſo poteſt quodli‐ bet uerum euidenter concludi ut patet ĩ dialecticis exercitato, & niſi prius aſtronomis fauiſſet ſenſus antequam talem modũ ex eccentricis & epicyclis adinuenerint,aut poſtquam tali mo‐ do ratiocinati ſunt non dicerem ex falſis in uerum aliquod ſua ratione perduxiſſe,ubi igitur deficit ratio & ſenſus iudicium nõ comprobat ex falſis minime dicam uerum elici poſſe. Sæpius enim ex falſo falſum,quam uerum ſequitur,quod de propoſita poſitione poſterius monſtrabitur. Non puto etiam alchindum aliquo pacto non uera ſe ratiõe argumentatum cognouiſſe ꝙ illi aſcribit Arnaldus,propterea quod pro uera ratione addit,ꝙ in ordine naturali ipſius numeri primum augmentum eſt per duplum. gradus autem ſe habent ſecundum ordinem natura‐ lem. Quod tamen non demonſtrare credimus, ſed potius ho‐ minem hunc falli dicimus,præcipue cum exiſtimauerit tempe‐

ramẽtum eſſe quaſi medietatem primam uel potius unitatme. ſi enim ſic eſſet proculdubio eius augmentum eſſet per duplũ ſicut augmentum primum ſupra unitatem tale exiſtit, ſed non ſic res habet. eſt enim medietas extremorum nõ ſimpliciter uni tas ſicut inferius exactiſſime explicabitur, & eſt temperamẽtum ipſum numerus quidam ſupra quem fit augmẽtum per gradus. primum autem augmentum ſupra quemlibet numerum non eſt per duplum ſed poſt primam unitatem ſemper in naturali ordine numerorum uariabis proportionem multiplicium ſuper particularium ſi augmentum primum addideris, & quod Arnaldus ſuper induxit non eſt difficile ſoluere. Conceditur enim huic homini, quod una ratio communis omnibus eſt eadem proportio non geometrica ſicut uterque exiſtimauit, ſed arithmetica quod facillime conſtabit in his quæ per nos inferius explicabuntur, Negatur etiam tanquam falſum & erroneum duplam proportionem requiri ad ſenſibilem uariationem. Negatur rurſus quod per hanc uiam poſſimus certificari de quæſito ſicut infra deo concedente clarius luce monſtrabimus, Contra eãdem hanc poſitionem arguit Conſiliator prædicta differentia mediis quibuſdam. quæ quod friuola ſunt prætermitto.

Refert etiam idem Conſiliator poſitionem Conſtantini. quæ non multum eſt ad propoſitum, non enim diſtinguit gradus de quibus intendimus ſed hos implicat cum gradibus latitudinis naturalis, inquit enim æqualem complexionem antiqui intra duas extremitates dixerunt, primum uidelicet & quartum gradum latitudinis ſcilicet naturalis. in primo autem gradu calidum minus eſt calore naturali. In ſecundo autem quaſi ſimile calidum autem in tertio eſt maius eo, & multo magis calidum in quarto. quare quoniam diſtantiam graduum, nec proportionem aſſignat, ſed tantum noticiam quandam confuſam comparãdo gradus latitudinis iuſticialis ad calorem naturalem ideo tanquam inutilis poſitio hæc eſt prætermittenda, nihil enim no

ſtro propoſito conducit, tu aduerte quod Conciliator eius poſitionem nō intellexit & falſo eam increpat, tu iudica.

Caput tertium quod penes qualitatem habitualem medicinarum & non actualem differentia in gradibus eſt cōſtituēda.

m Edicina uel calida, uel frigida, uel alterius qualitatis dicitur, quæ primum a corpore permutata, deinde corpus ipſum permutans ad hanc, uel illam permutabit qualitatē ſiue a calore noſtro in minimas ſecetur partes ut Galeno placuit ſiue ab eodem in calidiorem uel minus calidam conuertatur, quam corporis noſtri calidum exiſtat ſiue intrinſecus quidem ſumpta fuerit ſiue extrinſecus appoſita. Non quidem quod maiorem caliditatem. uel frigiditatem, uel quampiam aliam qualitatem calor noſter præbeat quam ipſe in ſe exiſtat, ſed quia medicina habitualiter talem qualitatem continet ultra eam, quam actualiter poſſidet ex elementorum miſtione producta, quæ calore corporis excitata ad conſimilem qualitatem ipſum perducat ſiue per ipſam habitualem qualitatem denominetur medicina temperata non inducens ī humanum corpus alteratione͂, ſiue a caliditate uel alia quauis qualitate denominationem accipiat, uidemus enim plerunque tali qualitate habituali calida per ſuum contrarium in actum deduci ſicut calx cui ſuperinfūditur frigida quam primum caloreformatur intenſo. Et tranſitu frigidæ ſuper mineras calida & ebuliens aqua ſentitur. Et marmor ſoli expoſitum, & pannis inuolutum, ſuam ſole excitat frigiditatem. Et flegma uitreum cliſteri calido concitatum uehementius infrigidatur. At uero niſi huiuſmodi habitualis qualitas ponatur, ſed tātum paſſiua, potentia medicinæ & eius qualitas actualis impoſſibile omnino eſt aliquam temperatam medicinam dicere niſi carnem humanam. Impoſſibile quoque

erit ſoluere quare uinum uetus calidius iudicatur, quam muſtū & quare quædam uiuentia mortificant non in eo quod actu fri-gida quia uinū actu tale uiuificat. Calor uero naturalis dare non poteſt caliditatem ultra eam quam habet, nec frigiditatem mor tiferam quam non habet. Rurſus per diuiſionem quam a calo-re naturali recipit cum aſſumpta fuerit fit actu talis ſi prius actu talis non fuerat ſicut uidetur Auerrois Galeno aſcribere, quam uis mentem eius rationabilius extitiſſe hanc exiſtimē, quod me-dicina cum ī paruas partes diuiſa fuerit facilius per calorem na-turalem ab habitu ad actum perducitur, ſicut Galenus teſtatur ex lignis ſiccis paruas in partes diuiſis. Agit autem calor natura-lis non tātum in medicinam habitualiter frigidam, ſed etiam in calidam, habet enim & ad hanc etiam contrarietatem. Eodem que modo dicatur de temperata, eſt enim illi contrarius cibus in ſui principio, ut habetur ſecundo libro de anima, quanto ma gis medicina quæ non nutrit etiam ſi fuerit temperata. Aduer-tendum etiam quod habitualis hæc qualitas de qua diximus nó omnibus ineſt æqualiter ſed huic propinqua magis eſt actui id-ē de ſe habilis ut citius ac uelocius a noſtro calore alteretur actue turque, illi uero tardius, quamuis eiuſdem fuerint & qualitatis & gradus. Huiuſmodi autem diuerſitas a uariis poteſt cauſis eueni re ſicut a uarietate ſubſtantiæ & ab aliis, quæ patent exercitato in libris medicorum, poſita itaq; qualitate hac habituali multa-clara fiunt, quæ Auerroim perturbarunt.

Caput quartum quomodo prædicta qualitas habitualis gra-dibus diſtinguatur.

Vnc operæpretium eſt ſpeculari, quonam pacto prædicta habitualis qualitas tam in cibis quā in me-dicinis reperta, licet æquiuoce temperata, nunc primi, nūc ſecundi gradus, & ſic deinceps dicatur. & rurſus ſcrutari quā proportionem inter gradus cóſtituere de-

beamus. Et pro huius intellectu ſupponimus, quod queadmodum in æquali, & pondus ſi daretur in natura omnes qualitates ad gradus medios ſuarum latitudinum naturaliũ refractæ eent. pari modo in æquali, & iuſticiam exiſtimamus qualitates oppoſitas ad medium latitudinum ſuarum iuſticialium eſſe remiſſas, & rationabiliter quidem ſic contingit eo quod, & ipſa æqualis dicitur. Præmittimus etiam quod utraq; latitudo tam naturalis quam iuſticialis ſecundum philoſophantes uſq; ad gradum, ut octo extendantur exceſſuſq; proportionabiliter utriq; latitudini reſpondeat. ita quod eo modo quo gradus primus diſtemperantiæ per calidum in eo, quod eſt ad pondus æquale eſt caliditas quinq; graduum, quæ uno dũtaxat gradu ponderalem qualitatem ſuperat, ſic quoq; inæquali ad iuſticiam primus intemperantiæ gradus per calidum dicitur quintus uno tantum iuſticiale temperamentum excedens. Supponamus tertio loco aliud, quo utraque latitudo conueniat quod eſt tam in latitudine naturali, quam iuſticiali. nõ poſſunt qualitates contrariæ in primis gradibus ſimpliciter ſuarum latitudinum commiſceri, ut ex ipſis complexio cõficiatur æqualis. Dixi ſimpliciter qa ĩ primis ſupra temperamentum, & in aliis commiſceri poſſunt, & inuicem refrangi ad æqualitatem, Nam cum primo gradu ſimpliciter ſunt gradus ſeptem qualitatis oppoſitæ, ſi igitur ĩ primis gradibus ſimpliciter mixtio fiat ex qua ſit temperamentum, hoc nõ erit rõne primorꝫ graduũ abſolute, ſed ratione tertiorũ graduum ſuper tẽperamentum. Abſolute igitur primi gradus ſimpliciter latitudinis præciſi ab aliis gradibus non ſunt, qui in mixtione temperamentum efficiatur quamuis ſint uirtute æquales. Aliter rurſus æquale non eſſet eiuſdem ratiõis in omnibus, ſed aliud quidem ex qualitatibus mediis ſuarum latitudinum conſtaret aliud ſimpliciter ex primis gradibus, earundem aliud ex ſecundis, & ſic deinceps quod apud naturales monſtratur ĩpoſſibile non tantum ad æqualitatem conſtituẽdam quantũ etiam

ad quamuis diſtemperatarum complexionem. Nā denominatio ſemper fit, uel ab æquali, uel ab eo. quod temperamentum excedit. nunquam autem ab eo, quod infra ſubſiſtit. Idem ſuo modo ſentio in latitudine iuſtiſtiali eſſe dicendum. quare colligitur ex prædictis medicinam primi gradus temperamētū uno gradu ſuperantem in latitudine iuſtitiali non agere per unum gradum ſolum, ſed per gradus quinque, quia ſi (qp impoſſibile) remouerentur ab ea gradus quatuor & relíqueretur gradus unus. ipſa non ageret in corpus temperatum, quæ cum aliis gradib⁹ quatuor in illud agere poteſt. Includit igitur primus gradus primos quatuor quibus temperamentum cōſiſtit. Et propter hoc medicina calida in primo ad idem temperamentum proportionem habet ſexquiquartam. calidæ uero in ſecundo ad calidam in primo proportio eſt ſexquiquinta, & tertii ad ſecūdum ſexquiſexta. & quarti & tertium ſexquiſeptima. Ita quod temperamentum partes quatuor continet qualitatis. quam gradus primus ſupra temperamentum continet, qui gradus primus eſt quintus in reſpectu ad totā latitudinem. cuius temperamētum habere dicitur partes quatuor. Secundi uero gradus intemperamenti reſpectu proportio eſt ſexquialtera. & temperamentū quatuor ſextas partes illius obtinet. Eo quod ille gradus ſecundus dicatur ſextus, ſicut temperamentum quartus habito reſpectu ad totam latitudinem qualitatis. Tertii autem ad idem temperamentum proportio eſt ſupra tripartiens, propterea quod habet temperamētum quatuor ſeptimas partes de partibus q̄litatis gradus tertii. Proportio uero quarti ad idem temperamentum dupla eſt eo. quod ille totius latitudinis gradus octo habeat. iſtud uero quatuor tantum, inter quos dupla mediat proportio. & habet temperamentum octauas quatuor de partibus octo qualitatis gradus quarti. Primus autem gradus reſpectu ſecundi quinque ſextas habet de ſex partibus qualitatis eiuſdem gradus. habet etiā idem gradus primus tot ſeptimas gradus tertii, totidem uero octauas gradus quarti. Et proportio ſecundi

ad ipſum ut dictum eſt proportio eſt ſexquiquinta,tertii uero ad eũdem eſt ſuperbipartiens,quarti autem ſupertripartiens. Et habet gradus ſecundus ſeptimas ſex de ſeptem partibus gradus tertii,totidem ąt,octauas gradus q̃rti. Et proportio tertii ad ſecũdum eſt ſexquiſexta,& quarti ad eundem ſexquitertia. Proportio autem quarti ad tertium ẽ,quæ dicta eſt ſexquiſeptima, & habet tertius gradus octauas ſeptẽ de octo partibus qualitatis gradus quarti. Et ut omnia perfecte intelligantur.diſponatur primum figura proportiõis gradus ſuperioris ad eum tantum. qui immediate antecedit. poſtmodum autem per deductas lineas à ſingulis gradibus ad temperamentum,& gradibus ipſis inter ſe omnis,quæ dicta eſt proportio demonſtrabitur. Itaque talẽ ſubiiciamus figuram.



Caput ſextum demonſtrans gradus, qui naturali ordinē cō ſtituuntur adinuicem nō habere geometricam eādem propor tionem, ſed tantum arithmeticam.

u Ides quod à quaternario numero naturali ordine in octonariū procedētes nō pōt inter numeros minor ulla uel maior conſtitui quam ea, quæ ex ſuperiori for mula eſt digeſta proportio. Et inter conſtitutos termi nos ſemper unius ad proximum eſt æqualis diſtantia in omni bus, cum unus à proximo tantum ſit unitate diſtans hac enim gradus primus temperamentum. ſecundus primum, tertius ſe cundum, & quartus tertium ſuperat, & eadem ſe unitate pro portiones inter dictos gradus poſitæ ſuperexcedūt. Etiā ſi quæ ordinatorum naturaliter graduum ſunt ad unum aliquid referā tur, & non ſolum ſi proxime tantum intra ſe comparentur. Re lata enim ſexquiquarta proportio, quæ inter gradum primum & temperamētum exiſtit ad proportionem ſexquialteram. quæ gradus ſecundi eſt ad idem ipſum temperamentum tantum. per unitatem diſtabit. per quartum gradus ſecūdus gradum pri mum excedit. Eodémque modo eſt in gradibus cæteris, ſi qui ſunt in naturali ordine proximi conferantur. eodémq; modo proportiones proximæ inuicem comparentur. Itaque quanta naturali ordine, poſitorum graduum diſtantia fuerit, tanta eſt ſuarum proportionum, etiam ſi in aliquod tertium referantur, quamuis ſpecificam proportio denominationem mutarit, mo do tales gradus quorum proportio accipitur, cōſequētes ſint. Ex quo ſequitur, quod in proportionibus nō ſemper quæ eiuſ dem generis ſunt conſequenter ſe habent ad aliquod unum, ſi cut in reſpectu temperamenti non omnes gradus proportionē habent de genere ſuperparticularium aut ſuper partiētium, ſed ad idem temperamentum collati proportiones uariant, quas ta mē ita immediatas dicere oportet, ſicut gradus immediati ſūt, qui eas habent in reſpectu temperamenti. Tantūmodo autem

multiplicitatis genus ſuas ſpecies ordine naturali collocat reſpe
ctu unitatis,ut duo duplum ſint unius tria triplum ,& ſic dein-
ceps.ſuper particularium uero genus,quod ſupra binarium cō
ſtituitur.ad quem ternarius ſexquialteram habet proportionē
à quaternario qui īmediate cōſeqtur gen9 ſuperparticulariū ua
riatur.eſt enim duplū ad binariū,ad quem nulla præter eā quæ
dicta eſt ſupparticularium ſpecies reperitur & denique ad nul-
lum numerum.ſed ad ſolam unitatem omnes cōſequentes na-
turali ordine numeri eiuſdem ſpeciei habent proportionem.
quamuis eiuſdem generis nonnunquam contingat.habet enī
gradus primus ad temperamentum proportiōem ſexquiquar-
tam.Secundus uero ſexquialteram quæ ſpecies eiuſdem gene-
ris ſunt ſuper particularium nō autem eiuſdem ſpeciei nec ſem-
per ea quæ eiuſdem generis eſt ab omnibus ſeruabitur numeris
qui conſequentes ſunt.Sed quia non ſunt hæc preſentis nego-
cii & ex ſcientia numeroꝝ facillime poteſt quiſque deprehen-
dere ideo de his finem ſcribendi faciam.Vnum duntaxat repe
tam eas eſſe proportiones immediatas.quæ ſunt uūeroꝝ tantū
unitate diſtātiū ad unū aliqd cōparatorum.Et ut ſummatim lo-
quar in hoc differt arithimetica proportio & geometrica,eo qđ
hæc terminos æquali tantum proportione coniungit nō æqua-
li,& indiuiſibili differentia,ſicut eadem eſt proportio binarii
ad unitatem,quæ eſt quaternarii ad binarium,quamuis hic dif-
ferentia ſit,binarius illic uero tantum unitas.Sæpe etiam con-
tingit eandem eſſe differentiam,ubi geometrica uariabitur pro-
portio,ſicut octo ad q̄tuor,proportio dupla eſt.duodeci uero
ad octo ſexqaltera.Arithmetica uero proportio ē,quæ eādē ha
bet differentiā,nō eandē denoīationē proportionis,ſicut cuiuſ
cunq; nūeri ad eū,q naturali ordīe,uel antecedit,uel ſeqtur,&
hæc eſt cōmunis ratio omniū graduū,quam quærebat Arnal-
dus,nō proportio geometrica,ſic ipſe & Alchindus exiſtima-
tunt,& cōuenientius ſic habere per ſequens caput monſtratur.

Caput ſextum declarans quomodo conuenienter,& ratio nabiliter gradus ipſi arithmeticam,& non geometricam inter ſe proportionem habeant.

Riſtoteles,&,qui poſt eum philoſophati ſunt peritiores rerum ſpecies numeris & figuris comparauerunt. in his enim qualibet unitate addita uel ſubtracta,ſpeciem uariari neceſſe eſt. Quod & in ſpeciebus rerum neceſſario contingit. differentia enim uel addita uel ſubtracta ſpecies uariatur. Et quẽadmodum non ſũt ſpecies duæ numerorum eaſdem præciſe unitates habentes ſic, nec duæ rerum ſpecies ſubſtantiales eaſdem prorſus perfectiones habebũt. Et rurſus ſicut maior numerus minorem uirtualiter continet eodem modo,& rerũ formæ habent. ſuperior enĩ id poteſt,qđ inferior,& amplius. Quæ omnia in figuris licet cõſpicere,quibus etiam Ariſtoteles ſecundo de anima,& octauo metaphyſices ſpecies comparauit,in quibus uerior ſimilitudo eſt,ut alibi dicetur. In propoſito igitur ſic exiſtimo in gradibus eſſe. Arbitror enim unam temperatam ſpeciem ĩ numero quodam conſtare,hoc eſt in gradibus mediis iuſticialium latitudinum omniũ oppoſitarum quatuor qualitatum,quarum latitudinem ſuperius a non gradu uſq; ad octauum extendimus, In earum igitur gradu,quarto qui medius eſt in latitudine uſq; ad octo extenſa uniũtur,ut complexio proueniat temperata, quæ an habeat latitudinem prætermitto. Nihil enim ad id quod intendimus. Imaginor rurſus ad mentem medicorum ,quod tamen non omnes aſſentiũt philoſophi complexiones quattuor ſimplices calidam frigidam,humidam,ſiccam, quarum quælibet latitudinẽ habeat,& quattuor compoſitas, calidã humidã, calidã ſiccã ,frigidam humidã ,frigidã ſiccam,calida ãt & frigida nec ſimul coherẽt,nec ſimul poſſunt cõſiſtere. Idẽq; dicatur de hũida & ſicca. Cõplexio itaq; medicinarum oĩum ſimpliciũ .de his.n.,nũc loqmur aliquã prædictarum nouẽ cõplexionũ,neceſſe

eſt ſuſcipiat denoīationē,aut temperata eſt,aut diſtemperata ſecundum aliquē modū,uel ſimpliciū uel cōpoſitaꝝ diſtemperantiaꝝ. Et forte complexio ſimplex diſtemperata,nō ſicut uniuerſaliter īuenitur in ſimplicibus medicinis, ſicut in ſpecie corporum. Sed ꝗa nihil eſt hoc ad propoſitum,ne in pertinētia ꝑtractemus,de eo dicere prætermittamus, Prædictæ igitur octo diſtemperataꝝ cōplexionū numero quodam conſtituūtur. Et quoniā inter ſe accidentaliter ordinē habent,una aliā uirtualiter cōtinere non dicitur. Calidū.n.non in ſe habet frigidū, nec id poteſt quod frigidum,& illo amplius eſſentialiter calido,& frigido per ſe conſideratis.neq; frigidum ecōtra poteſtatē & uirtutem habet calidi,eodēq; modo de humido ſentiendū,& de ſicco. Idem quantū ad hoc exiſtimādū in compoſitis unius ad alteram facta relatione,ueꝝ unaquæq; ſpecies cū non ſit ſpecialiſſima ſpecies,ſub ſe habet alias ſpecies.in quas ſubdiuiditur,& dipartitur,quæ certe ſicut numeri habent. Pro cuius intellectu ſciēdum,quod naturalis latitudo ſingulaꝝ qualitatum alio modo extrema habet,quā latitudo iuſticialis.quæ reſpectu corporis humani temperati accipitur. In latitudine enim naturali, qđ eſt ſummū,nō habet oppoſitum, & cōſtituitur in ſpecie per īpoſitum numeꝝ denominantē ipſum ſummū. Sicut caliditas ut octo,quæ eſt extremus caliditatis gradus per gradū octauum quem hēt in ſpecie reponitur,quæ dicitur ſpecies caliditatis, ut octo quæ nihil frigiditatis ſecū habet admixtū,& una quæq; caliditas citra hāc,& ultra mediam propoſitæ latitudinis ſpeciem capit,uel a caliditate,ut ſeptē,uel ut ſex,uel ut quinq;, ſpeciē aūt dico accidentaliter propterea,quod eſt penes id,quod qualitati accidit,q̄tenus ī ſubiecto ē. Intenſio uidelicet & remiſſio q̄litatis fit ſecundū maiorem uel minorē uel participationē ſubiecti,ut doctoribus placet,q̄uis qualitas ipſa in ſe conſiderata ſpeciē habeat ſecundū quā nullam recipit uariationem,ſed in indiuiſibili eſſentia conſiſtit,nec magis ſuſcipiens,aut minus. Sunt igitur q̄litatis ſpecies accidentales prædicto modo, & quot gra

dus habuerit ſupra temperamentũ, quatenus a ſubiecto partici pari contigerit, in tot ſpecies accidentales ſecari dicenda eſt. Quæ uero infra mediũ latitudinis ſubſtiterit ſecundum ponen tes contraria in aliquibus gradibus ſimul exiſtere poſſe, ſicut mi hi ſæpe uiſum eſt, probabilius proculdubio qualitas illa non de nominat ſubiectum, in quo eſt, ſed eius cõtraria, cuius in ſubie ctois gradus exiſtit, qui medium latitudinis ſuperat. conſidera ta. tamen remiſſa qualitas in ſe, ēt in aliqua ſpecie accidentali eſt ſuæ qualitatis, & denominari habet a gradibus ĩfra medium, qđ dicitur gradus quartus facta extenſione totius qualitatis, uſq; ad octo. Denominabitur igitur prædicta remiſſa, qualitas a gradu prĩo infra medium, uel a gradu ſecundo, uel tertio, uel ab ipſo medio, quod ſi ſupra ipſum eleuata fuerit, denominabitur, uel a primo ſupra medium, uel a ſecundo, uel a tertio, uel a quarto, ſed gradus ſupra medium ſecundum tenentes, quo quomodo contraria, eſſe ſimul abſolute ſine aliqua additione ſubiectum denominant, qui uero infra medium non niſi facta determina tione propterea quod a qualitate contraria facta eſt denomina tio. Tenentes uero contraria nullo pacto ſimul poſſe coexiſte re a quocunque gradu ſubiecti facient denominationem.

Prædicti aũt gradus ſecũdum quos accidẽtales ſpecies ca piuntur ſeſe uirtualiter cõtinent, & ſola quẽadmodũ numeri tã tum differunt unitate nunquã æquales, uel in denominatione, uel in uirtute exiſtentes, ſed & numero, & poteſtate ſuperantes hi, ſuperati illi. Quæ in latitudine naturali diximus a latitudine iuſticiali non putamus eſſe aliena, niſi quod eius extremũ, cæ teriq; gradus nõ æquali partitione reſpondẽt extremo & gradi bus latitudinis naturalis. Nam medicina quæ eſt calida, in quar to, qui eſt ultimus gradus ſupra temperamentum, ſicut etiã gra dus, ut octo eſt quartus ſupra quartũ in quo medietas totius la titudinis cõſtituitur, quæ a non gradu uſq; ad gradũ octauũ pro tenditur minime in naturali latitudine, ut octo calida diceretur nam ignis eẽt, & non aliquod corpus ex cõpoſitis, uel ſimplex

elementũ in ſummo retinẽs qualitatẽ. Rurſus qui eſt gradus primus ſupra mediũ in latitudĩe naturali, nõ erit gradus primus ſupra mediũ in latitudine iuſticiali, eodẽq; modo de cæteris dicatur gradibꝫ, & demũ qđ alia, & alia ĩ utraq; latitudine ẽ facta ptitio. In hoc igitur utraq; nõ cõuenit latitudo. in cæteris uero quã optime, ĩmo uerius in latitudine iuſticiali quilibet gradus ſpẽm cõſtituit, & medicinæ oẽs calidæ in gradu pĩo apud medicos dici poſſent eiuſdẽ ſpeciei, eodẽq; modo in gradibus cæteris ſupra uel infra temperamentũ. quãuis in naturis propriis maxime diſtarẽt. Hoc aũt ex eo cõſtat, qa talis gradus oẽs cõſimiliter denominatæ ſimplices uel cõpoſitæ medicinæ ſuſciperẽt definitionẽ. Omnis uero gradus, ut dictum iam eſt nũero quodã cõficitur, & ipſum etiã temperamentũ nõ quidẽ in medietate, ut uoluit Alchindus, quaſi in unitate conſiſtit, ſed potius per gradum quartũ iuſticialẽ unius cuiuſq; qualitatis in ſe perficitur primus uero gradus, & qui cõſequũtur reliqui per tot unitates temperamento ſup additas ſpecificãtur per quot unuſqſq; gradus ĩ numero noĩatur. Tam ſufficiẽs aũt hæc graduũ diſtinctio eſt, ut ĩpoſſibile ſit quicquã reperire reſpectu corporis humani tẽperati, quod ad illud non ſe habeat, uel ut temperamẽtum, uel ut ab aliquo gradu alicuius qualitatis denominatum in ipſis, postremo gradibus ſeſe, ut numeri habentibus, & uirtus unius in alio continebitur in quo etiam aliquid amplius reperitur.

## Caput ſeptimum in reprehenſione poſitionis Alchindi, & Arnaldi per applicationẽ ſuppoſitorum ad illam.

EX prædictis conſtat quam maxima ſint reprehenſione digni, q æqualitatẽ ueluti medietatem quandam conſtituerunt reſpectũ gradus primi, & eodẽ modo conſequentes gradus intra ſe habere. Nam æqualitas iuſticialis non poteſt ex gradibus latitudinis naturalis infra mediũ exiſtentibus confici. Propterea quod

complexio temperata tam ſecundum medicos quam philoſo-
phos uel nō recedit ab æqualitate ponderali, uel ſit ſupra ipſá p
calidū, & hūidū i natura potiſſimū hūana, quæ illi propinquius
accedit. Cum igitur qualitates poſt cōmiſtionem non ſint ma
gis intenſæ, quam ante commiſtionem, impoſſibile profecto ē
quod infra gradum medium ſuarum latitudinum in miſturam
proueniant, uel quæ poſtmodum intendātur, ut illud excedāt.
& conſequenter æqualitas ipſa in unitate ſit cōſtituta nó inali-
quo numero cuius oppoſitum iam mōſtrauimus. Cum igitur
ſufficienter declaratum ſit temperamentum nullo pacto poſſe
in unitate conſiſtere, ſed neceſſario in gradu medio iuſticialis
latitudinis, nunc ruſus monſtrandum eſſe impoſſibile gradum
primum ad illud duplam habere proportionē hoc pacto. Tē-
peramentum iuſticiale. eſt ultra gradū mediū latitudinis natura
lis per calidum, & humidū. & gradus medius eſt, ut quatuor, er
go duplum ad ipſum erit, ut octo, & ei quod eſt ultra quatuor
duplum erit ultra octo. ultra uero quatuor eſt temperamentū
iuſticiale, ergo ultra octo eius duplum erit. & demum per addi
tionem gradus ad qualitatem intenſiorem elementari qualitate
proueniemus, & ſic ad calidius igne, & humidius aere, quod eſt
omnino abſonum. Non igitur gradus primus temperamentū
in dupla ſuperat proportione. Rurſus eandē habet gradus pri-
mus in latitudine iuſticiali proportionem ad temperamētum,
quam in latitudine naturali habet ad æquale ad pondus, in hac
autem gradus primus temperamentum ſuperat per ſolam unita
tis additionem, igitur & in illa. Ne tamen nos nonnulla Auer-
rois uerba perturbent, aduertendum quod omnis numeri ſpe-
cies ab ultima ſui unitate ſpeciem ſortitur, quare & temperamē
tum iuſticiæ in numero quodam conſiſtens ab unitate ſui ulti-
ma, quæ media eſt latitudinis, ut octo ſpeciem capit. Et eatenus
gradus primus duplam habet proportionem ad temperamen
tum, quatenus ad eius ultimam unitatem confertur. & non ad
incluſas reliquas. Et hoc modo a nobis intelligendus eſt, ut pu

to Auerrois ſic dicẽs. Et erat ei ſufficiẽs dicere, quod ſecundus eẽt duplus primi, & tertius triplus, & quartus quadruplus, & ſic intellexerũt medici in ordine graduum ad hoc, ut eſſent æquales. His uerbis apertiſſime conſtat inchoaſſe Auerroim latitudinẽ diſtemperantiæ a gradu primo uſq; ad quartum, quem quadruplum primi ponit & tertium triplum, & ſecundum duplũ, quod minime contingit ſecũdum geometricã proportionem ſed tantummodo ſecundũ arithmeticam. ſecũdum quam tantum gradus primus diſtat a temperamento quantum ſecundus diſtat a primo. accepto itaq; gradu ultimo, uel ultima unitate, qua temperamenti ſpecies fit ad illam, erit duplus gradus, primus. & demum is, qui eſt ordine prior ad proximum cõſequẽtem habet unitatis ratiõem, proximus uero binarii ad eum, qui in mediate præcedit. Quod ſi non tantum ultima cuiuſuis gradus unitas accipiatur, ſed hæ etiam quæ intra ipſam concludũtur, non dixerim gradum primum, ad temperamentum duplam habere proportionem. Quod enim ſuperius aduerſus Alchindum arguebatur, ſequeretur medicinam in gradu primo, in corpus humanum manifeſtam alterationem inducere, quod omnes pariter medici non affirmãt. Neq; in proportiõe graduum diſſentiunt Galenus & Auerrois, ut dicas aliam medici aliam philoſophi in re hac haberi ſententiã. habent enim uerba Galeni, quæ inducit Auerrois hoc modo. Et dicendum eſt quod illud quod intellexit Galenus in primo gradu eſt quod habet exceſſum ſuper temperamentum in una parte ultra ipſũ et ſecundum hoc quando componetur compoſitio dupli in exceſſu graduum non erit neceſſarium quod medicina, quæ ẽ in quarto gradu ſit dupla ſuper medicĩa, quæ eſt temperata ſexdecim duplis uicibus, Nihil profecto ex his uerbis clarius conſtat quam hoc ꝙ proportio dupla ſi inter gradus collocari debeat prædicto quo diximus, modo eſt faciẽda atq; etiam, ut gradus primus una tantum parte temperamentum excedat, quæ omnia Auerrois exiſtimauit eſſe de mente Galeni, quẽadmo-

dum ſequentibus uerbis ſic comprobat. Ait enim & quod dictum Galeni ſignificat quando dixit. & mea intentio eſt in primo gradu. illa res, quæ manifeſtatur ſenſui in principio permutationis corporis, quod ſi gradus primus duplam haberet proportioné ad temperamentum permutatio quæ manifeſtatur ĩ corpore a medicina primi gradus, nó eſſet ſolum permutationis principium, ſed perfecta, & manifeſta permutatio, qđ ignorauit Arnaldus exiſtimans Auerroim conſenſiſſe, & exiſtimaſſe gradum primum ad temperamentum duplam geometricæ proportionem habere, cum longe diuerſum ſenſerit Auerrois ut monſtrabimus. Et admiror profecto hunc hominem, qui ſibi rationem Auerrois de proportione gradus primi ad temperamentum obiecerit, deinde uelut Alchindo Auerroim conſenſiſſe, quod primus gradus reſpectu temperamenti, duplam habeat proportióem modo ipſius Alchindi Et falſum etiam eſt nullam eſſe opinionem, quæ reſpectu temperamenti gradũ primum dicat non habere talem duplam proportionem, ut aptiſſime monſtrauimus de Auerroi, & Galeno.

Caput octauum ex prædictis diſtinctam, eliciens reſponſionem ad ea, quæ ſuperius generaliter ſoluta ſunt de poſitione, Arnaldi & Alchindi.

S Ed poſito fundaméto opinionis, ueræ reputamus rurſus, & diſtinctius declaremus nonnulla eorum quæ ſuperius breuiter & indiſtincte attigimus conſutantes prædictas poſitiones, & dicamus primum quod proportio in gradibus ſeruatur eadem, cum æqualis diſtantia intelligitur ab uno gradu ad alterum, & a prío ad temperamentum. Et talis proportio arithmetica dupla ẽ reſpectu eius qđ gradũ ſpecificat, a quo actio prouenit, & penes talẽ duplationẽ duplatur & actio. Sicut forte ad mẽtẽ Ariſtotelis aliq̃ndo móſtrabitur, & ex hoc loco Auerrois prædúcto ma

nifeſtæ patet. nã ſi calidũ aliquã producat actionẽ quã nõ poſſit tẽperatũ producere, actio talis nõ fit niſi rõne exceſſus ſupra tẽperamentũ, pro quod nulla proueniebat actio. Et propterea ꝙ ſupra exceſſum duplabitur in duplo fortiorẽ operationẽ producet. Talem uero exceſſum habet gradus ſecũdus ad gradum primũ, & tertius ad ſecundũ, & quartus ad tertiũ. Quod in obiectis aliorum ſenſuũ etiã explicare poſſumus. Si enĩ ponatur aliquod uiſibile in aliqua diſtantia, ita quod ſit maximum, ꝙ non poſſit uideri, dico, ꝙ non neceſſe eſt quod dupletur ad hoc, ut ſit primũ uiſibile, nã ſi addatur medietas talis maximi ſola uideri profecto poterit, quod probatur per diffinitionẽ maximi, qđ nõ poteſt agere, & id maxime ſi maximum in eo quod eſt maximum habeat denominationẽ, exempli gratia ſi dixero ꝙ in. a. diſtãtia. b. uiſibile, quod eſt decẽ digitorum, eſt maximũ uiſibile, quod ab aliqua potẽtia utpote. c. non poſſit uideri. Dico quod uno ſuperaddito digito uideri poterit, ſecus enim ſi digiti decẽ non fuiſſent maximũ quod uideri non poteſt. unde aduerte, ꝙ cũ dicimus minimũ dari intelligimus ſecundũ aliquam denominationem certã. Et hoc modo ceſſant importunitates ſophiſtarum contra uiam peripateticoꝝ, nam ſi illis decẽ digitis adderetur granum milii, & etiam nõ uiderẽtur, nõ ſequeretur qđ ip ſi de ſe digiti nõ eſſent maximũ quod uideri nõ poſſet. Et rurſus in maximo qđ nõ, & in minimo quod, ſic ſemper accipi debet quantitas minima ſecundũ impoſitionem ſicut in ponderibus exempli gratia ſumimus granũ ordei. Et ĩ propoſito accipimus medicinam tẽperatam, & dicimus illam eſſe maximũ, a quo corpus humanum nõ poteſt permutari ad aliquã qualitatem. Cũq; ipſa habeat gradus quatuor qualitatis iuſtitialis, ſi illi addatur gradus primus qui eſt ſupra temperamentum. neceſſario ĩcipiet in corpus humanũ agere. Aliter enĩ gradus quatuor non fuiſſent maximũ, quod in idẽ non potuiſſet agere, Medicina uero in eo ꝙ agens eſt per gradus denominatur, & ſic quarta pars addita ſufficit ad actionem & non requiritur, quod gradus quatuor tẽ-

peramenti geminentur. Non autem ſemper quarta pars ſuperadiecta maximo, quod nó poteſt agere requiritur cū illo ad agēdum. Nam ſi digiti octo ſint maximū ꝙ non poteſt agere non neceſſario requiruntur duo digiti, ut poſſint, ſed tantū unus ſufficiens eſt, qui octaua pars illius exiſtit. Si uero tria eſſent maximum, quod nó poſſet agere quarta pars ſuperadiūcta forte non ſufficeret ad agendū, ſed requireretur tertia, nam quarta pars trium nó haberet eandem cū tribus denominationē, & in ſumma generaliter loquēdo, ut quod nó poteſt maximū agere, poſſit, requiritur una pars ex his quibus ipſum maximum denominatur, ut ſi denominatur pro octo, octaua pars requiritur ſi per decem decima, & ſic deinceps. Eodēmq; modo ſi per tria tertia. & ſi ꝑ quatuor quarta adhoc, ut ſit primū, tale, quod agere poſſit. Nec puto inconueniens eſſe, quod ſit infra hoc poſſe agere ut ſi decē digitoꝝ quātitas ſit maximū uiſibile, quod ab aliqua potētia, & in aliqua diſtantia uideri nó poſſit eadem quātitas ſuperadiectis tribus unius digiti quartis forte uideri poterit. Sed hæc nó erit primū uiſibile a tali potentia denominabile ꝑ integra digitorum, quod intēdebamus quærentes quot ſint digiti ꝗ in hac diſtantia ab hac potētia ſint primū uiſibile. Sicut etiam in menſuris & pōderibus poteſt per ſe quiſq; animaduertere. Nū quā enim in quantitate cōtinua dantur tales denominatiões maximū, quod nó poteſt agere, uel minimū quod poteſt. niſi ſecūdum aliquam denominationem factam, ſecundum quantitatē diſcretam intelligatur. Propterea quod nó datur minimum in quantitate continua quemadmodum in diſcreta ſicut patet itelligenti. In medicina uero conſiderantur gradus, quodāmodo ſecundum cōtinuam & ſecundum quantitatem uirtualem iquātum tamen denominabilis eſt per gradus ſecundum quantitatem numeroſam.

Tractatus ſecundus in quo certificamur de quæſito principali ſuppoſitis principiis de quibus iam determinauimus.

Caput primum tractatus ſecundi declarans quæ complexio ex temperatis medicinis ac diſtemperatis diſtinctæ qualitatis in eodem gradu efficiatur.

p Oſtquam ueræ opinionis fundamētum iecimus ne longius propoſitum differamus uidendū cōſequenter eſt de gradu reſultante in medicinis cōpoſitis, & ut nobis facilior additus ſit a facilioribꝫ incohabimus dicentes primo generaliter, quod ſi miſceātur medicinæ temperatæ cū temperatis, aut diſtemperatæ eiuſdem qualitatis & gradus, ſiue in eadē doſi, ſiue in diuerſa ſemper reſultat medicina compoſita eiuſdē qualitatis & gradus, cuius fuerat unaquæq; de per ſe ante cōmiſtionem. & hoc quidem rationabiliter contingit, propterea quod una aliā non habet uel intēdere, uel remittere. Primū quidem quia ageret ultra gradum propriū, ſecundū uero quia una alteri cōtrariaretur quorꝫ neutrum uerꝫ eſt, uel neceſſariū. Haberet etiā talis cōpoſita medicina eandem doſim quā unaquæq; ſimplicium p ſe ſola ſi omnium cōmunis doſis fuerit quæ i eodem gradu eiuſdē qualitatis collocantur. Dico etiam eundem in compoſita eſſe gradum & qualitatem, ac etiam doſim ratione miſtionis conſiderata. ex aliis enim forte oppoſitū poſſet contingere. De multiplicata uero doſi talis medicinæ idem ſentiendum, quod de multiplicata doſi ſingularium de per ſe, & hoc loquor in comparatione ad corpus humanum, nam duplata quantitas reſpectu eius gradum multiplicat & hoc generaliter eſt uerum, ſiue loquamur de actione qualitatum primarum, ſiue ſecundarum,

uel etiam tertiarum, in quibus ſecundum Auerroim diſtinguũtur gradus eodémque modo ĩ eiſdem gradibus eiuſdem qualitatis cognitis per diuerſa genera ſaporum in quibus ſecundum eundem etiam uariantur gradus ſecundum quancunque ſpeciem, eſto etiam ꝙ inter quinque ſpecies ſaporum caliditatem ſignificantium una ſecundum ſe alia calidior ſit. Quod quomodo contingat dicẽdum eſt, quod gradus quilibet latitudinem habet & eam operationem quam facit natura calidior ĩ uno gradu uelociter eandem facit natura minus calida in eodem gradu, ſed non æque uelociter. Non eſt enim neceſſe quod natura calidior plures quam quatuor gradus habeat ſupra temperamentum. Sed de hoc ſufficientius alias & explicatius. Nunc autem ſatis ſit rem ſubtilem & pulchrã breuiter attigiſſe.

Caput ſecundũ explicans q̃s gradus ex medicinis oppoſitarum qualitatum, in eiſdem tamen gradibus & inæqualibus doſibus efficiatur, & quid faciat quantitas aucta alterius.

n On exiſtimo incongruum inordinatúmque conſequenter determinare quis nam gradus, reſultat ex medicinis oppoſitis in eiſdem tamẽ gradibus quod oppoſitum eſt eius quod priori capite cõtinebatur. Nam oppoſitorum altero cognito alterius non eſt difficile aſſequi cognitionem, & Auerrois quidem ſententia, quæ ueriſſima eſt, diſtinguendum uidetur an tales medicinæ eiuſdem gradus oppoſitarum, tamen qualitatum, accipiantur in una doſi, aut ĩ pluribus, aut æqualibus numero, aut in æqualibus. & ſiquidem in una ſingularum doſi accipiuntur apud omnes certum indubitatúmque eſt temperatam confici complexionem. utpote ſi unciæ duæ mellis cum duabus dragmis ſandalorum miſceantur complexio temperata cõ

ſurget merito commiſtionis in his primis doſibus, quamuis poſſit ex modo præparationis aliter contingere. Si uero mel-
lis quantitas duplaretur una tantum permanente doſi ſanda-
lorum, quanuis nno explicet Auerrois diſtincte qualis ex his complexio fiat., eſſet tamen medicina calida in primo, & in-
fra unum gradum caliditatis, quæ melli ſecundum ſe debe-
tur & doſis talis medicinæ non erit qualis eſt mellis per ſe ac-
cepti. Sed maior & tanta quanta debetur cibis medicinalibus ĩ gradu primo calidis. Nam ex duplatione alterius medicinæ ſu-
pra alteram ſecundũ Auerroim augetur, uirtus auctæ. Propte-
rea ꝙ ſi quis duas comedat doſes mellis, tãta caliditate alterabi-
tur, quanta ſi medicinam ſumpſiſſet trium graduum ĩ prima do ſi. Ad eundẽ itaque gradum dragmæ duæ ſandalorum deducẽt doſes duas mellis ad quem reducerent calidam in tertio ad gra-
dum primũ ut expreſſe infra monſtrabimus, ad idẽ igitur & duæ mellis doſes reducerentur a duabus dragmis ſandalorum. Nec ualet quod obiicit Arnaldus in ſuo tractatu de gradibus quod ſequeretur medicinam ſimplicem, uel compoſitam per diſtin-
ctas ſui quantitates reponi indiſtinctis gradibus quod eſt incõ-
ueniens cum ſit uniformis per totum, & ſic gradus multiplica-
rentur per multiplicationem quantitatum aut doſiũ, & medici na admiſta ſuo cõtrario in qualitate non minus eſſet talis, quam ſimplex, & in ſe ſola, mõ doſis fuerit multiplicata. Nam conce ditur quod medicina per diſtinctas ſui quantitates ſi in corpus humanum aſſumatur reponitur in diſtinctis gradibus, ubi enim medicina habet agere diuerſa eius quantitas diuerſos habet gra dus. Ex quo enim gradus medicinæ per eius actiõem dignoſci-
tur, ſi diſtinctas habeat actiões ſecundũ uariã & diuerſam ſui quã titatẽ, quæq; actões diſtictis debeãtur gradibꝰ diſtictos quoq; gra dus hẽbit ĩ ſui quãtitate diuerſa. Sed aduertẽdũ qđ una medicia aliter hẽt ĩ alterã agere, & alio mõ ĩ corpꝰ humanũ. Etiõ oportet diſtĩguere penes qđ paſſum hẽat diſtingui gradus ĩ medicina, &

manifeſtum eſt quod primo in comparatióe ad corpus huma-
num temperatum. Concederet igitur Auerrois, quod cum du
plici doſi mellis poſita una ſandalorum ſi compoſitũ ex ipſis
corpori humano temperato daretur cauſaret in ipſo calidita-
tem eandem quam medicina gradus primi utriuſque acceptis
æqualibus partibus. Si uero cum tribus doſibus una doſis po-
neretur applicareturque & daretur corpori humano tẽperato il
li eſſet ueluti medicina calida in ſecundo, & ſicut illa doſanda.
Et forte quia illa una doſis eſſet iam cõuerſa a tribus doſibus, ut
in cõſequẽtibus apparebit ideo ſenſibiliter loquendo eũdem
produceret effectum ſi eius tanta quantitas acciperetur quanta
ſunt tres doſes ſolæ ipſius mellis & idem, quod illa efficeret. qđ
ſi tota medicina reſultans ex talibus nõ detur in una aſſumptio-
ne corpori humano ſed eius aliqua pars dico, quod non ageret
in ipſum eo modo quo medicina tertii uel quarti gradus. Nam
ex cõmiſtione mellis uel ſandalorũ nunquã poteſt confici me-
dicina quam mel calidior uel frigidior, quam ſandali per con-
uerſionem alterius ab altera. Nam a tribus doſibus mellis, una
doſi ſandalorum uel conuertitur, uel parum abeſt. Et non am-
plius eſt miſtio, ſi enĩ duæ doſes addũt gradum unum calidita-
tis forte tertia doſis unũ gradum etiã ſuperadiũget, & erunt gra
dus duo in quibus mellis complexio conſtat facto, itaque tẽpe-
ramento ex medicinis oppoſitarũ qualitatum in eiſdem gradi-
bus per aliquam multiplicationem alterius altera tandem con-
uertetur ſicut diſtincte in ſequẽtibus explicabimus, in propoſi
to autem conceditur quod in reſpectu corporis humani multi
plicató quantitatis multiplicat gradum, reſpectu uero formæ re
ſultantis per totam medicinam miſtam non ſic. Quia cum per-
uenerit ad gradum alterius componentium quod multiplica-
tum fuerit, non amplius in gradibus augebitur. Et quum dicitur
ab Arnaldo non minus eſſet medicina talis cum ſuo contrario
addita doſi quam ſimplex. hoc conceditur tunc maxime quan
do plures doſes unius unam doſim alterius in ſe conuerterint

Nam doſes tres mellis cum una ſandalorum ſi ex ipſis accipia‑tur una doſis nō minus niſi forte inſenſibiliter corpus humanū alterabunt quam una doſis ſolum ſimplicis mellis,& hoc quā‑tum eſt ex ratione qualitatis,& ſi nō eſt miſtio multiplicata toti‑ens doſi alterius nō erit doſatio ibi aſſignanda tanquā i medici‑na compoſita,ſed ſolum tanquā in ſimplici,& propterea doſes plures cū medicina cōtraria plus corpus humanū alterant,quā una ſola doſis ipſius ſimplicis medicinæ.ubi tamē ſeruatur mi‑ſtio,& fiat miſtum quod non ſit tanti gradus quanti eſt alterum componentium,proculdubio tenendum eſt quod medicina cōpoſita eſt doſanda ſecundum quantitatem gradus qui uario modo & diuerſimode reſultat ex miſtura tali facta ex pluribus doſibus alicuius ipſarum ſupra alteram. Si uero utriuſque medi cinæ ſimplicis accipiantur plures doſes, & nō tātum unius plu‑res & alterius una ſola. Si quidem accepta fuerint in doſibꝫ æq̄libus idē penitus ſentiēdū eſt de miſto reſultante ex ipſis quod prius ſentiebatur de miſto reſultāte ex una doſi utriuſq; ipſoꝶ. Si uero plures unius doſes quā alterius acceptæ fuerint,tunc ui‑dendum & conſiderandū quo numero,uel unitate altera,alterā in doſi excedat.& ſecūdum numerum doſium utriuſque addē dus eſt gradus deīde aliqd remittendū eſt ex gradibus medici‑næ habentis pauciores doſes,& aliquid addendū medicinæ ha bentis plures doſes ſicut exempli gratia ſi ſumerētur doſes qn‑que mellis & tres ſandalorū diceremus,quod medicina ex his compoſita eſſet calida in aliqua denominatione,propter duas doſes in quibus medicina calida medicinam frigidam ſuperat, & talis medicina compoſita in una ſui doſi non tantum ad cali ditatem humanum corpus alteraret quātum una doſis ſola mel lis. Quamuis aduertamus hoc loco proportionem etiam arith‑meticam ſeruari.ſicut enim tres doſes mellis per binarium nu‑merum uincunt doſim unam ſandalorum. eodem modo per eundem binarium quinque doſes mellis uincunt tres doſes ſan dalorum,tamen quia non tantum eſt una doſis medicinæ tem

peratæ productæ ex tribus doſibus utriuſque,ſed plures, ut ĩfra uidebitur,ideo quinque mellis cum tribus ſandalorum nõ facerent medicinam cõpoſitam calidam ĩ ſecũdo ,ſed infra ipſum. Id quoque nõ eſt hoc loco prætereundũ quod cum dicimus medicinam ex pluribus doſibus plurium medicinarum compoſitam eſſe tanti gradus intelligimus in ſe tali medicina conſiderata,nam tantũ poſſet doſis multiplicari,quod gradum intẽderet,quare licet doſes tres mellis & una ſandalorum faciãt medicinam calidam in ſecundo,ſicut erat mel ſolũ,nõ tamen talis medicina eſt ſolum doſis una.ſed ad minus doſes tres,nam ſandali iam ponũtur eſſe conuerſi,& quia fundamẽtum omnium prædictorum eſt,quod duplicata quantitas medicinæ gradum ſuperaddit,ideo ne uideãtur,quæ diximus omnia eſſe uana ſignum apponam quo ita eſſe euidentiſſime appareat, ſumptũ uero eſt ab Auerroi quinto colliget.Si enim acceperis medicinam ,quæ ſit calida aut frigida in tertio gradu ſi dupliceturaugebitur gradus qualitatis,& ipſa de neceſſitate interficiet ſicut interficit uenenum.Medicina itaque eius cenſetur gradus,cuius effectũ produxerit.Duplata igitur,quæ eſt tertii gradus,ex quo interficit, iudicabitur quarti.

Caput tertium de gradu medicinæ compoſitæ ex ſimplicibus oppoſitarum qualitatum indiſtinctis gradibus ſecundum Arnaldum,& de eius poſitionis confutatione.

p Ertractandũ poſt prædicta de gradu medicinæ cõpoſitæ ex ſimplicibus oppoſitaꝝ qualitatũ ĩ diſtinctis gradibus,per hoc enĩ poterimus faciliter uenari gradum medicinarum compoſitarum ex ſimplicibus indiſtinctis gradibus eiuſdem qualitatis, Sed quia alium nobis Arnaldus graduandi modum reliquit,quam approbemus,ideo in graduandis compoſitis medicinis primo modum eius reprobabimus,in quibus non ſatis ſane dixerit,po

ſtea noſtra ſententia qua breuius atque facilius poterit explica-bitur. Sentit autem Arnaldus aphoriſmo trigeſimo primo tra-ctatus ſui, quod medicinæ tẽperatæ ſi inuicem miſceantur quan tum ex ipſis eſt ſolum temperamentum producunt, in quo ſa-tis noſtræ ſententiæ uidetur conſentire. Aduertẽdum tamẽ eſt quod forte & medicinæ temperatæ & quæ eiuſdem qualitatis. & gradus ſunt improprie miſceri dicũtur, quamuis temperatæ & quæ eiuſdem gradus ſunt & qualitatis diſtinctarum ſpecierum ſint & naturarum, nam hic miſtio conſideratur a nobis penes qualitatem illam uirtualem de qua ſuperius habunde locuti ſu-mus, quæ in temperatis & in his quæ eiuſdem gradus & qualita tis ſunt. nec agit, nec patitur, quãuis forte naturæ talium p actua-les qualitates inuicem, & agant & patiantur, & ut ſic miſceantur utpote diſtinctarum ſpecierum exiſtentes. Secus uero quate-nus eiuſdem qualitatis uirtualis exiſtunt. Ponit etiam idem Ar-naldus ut eius ordine progrediar in aphoriſmi trigeſimi ſecun-di expoſitione, quod ſi temperatum miſceatur diſtempera-to. quod diſtemperatum remittitur, quod licet uerum ſit, non tamen propter rationem quam ipſe exiſtimauit. Supponit enĩ quod ſi medicina calida in primo miſceatur cum temperata, quod partes calidæ inuicem aggregãtur, & quia calidum in pri-mo ſecundum ipſum habet caliditatis partes duas, propterea quod ponit temperamentum ueluti unitatem, & ad gradũ pri-mum ſubduplam habere proportionem, quibus duabus parti-bus ſi addita fuerit pars quæ in temperato eſt erunt caliditatis p tes tres, ſi autem partes frigidæ quæ in calido in primo & intem peramento exiſtunt ſimul copulentur erunt frigiditatis partes duæ nam calidum in primo qualitatem temperamenti conti-net & aliam ſuperaddit quibus inuicem iunctis erit gradus pri-mus ſecundum ſui denominationem in proportiõe dupla ad temperamentum, quod partem unam tantum continet quali-tatis primi gradus, habet autem & gradus primus partem unam frigiditatis ſicut & temperamentum, nec in hoc, uel tempera-

mentum ipſum ſuperat, uel ipſe temperamentum, his ſuppoſitis arguitur ab ipſo, ſic per medicinã tẽperatã additur una pars caliditatis duabus, quæ ſunt & continentur in gradu primo caliditatis. Et per eandem medicinam tẽperatam additur una ps frigiditatis alteri, quæ erat in eodẽ gradu prĩo. Ergo multo plus proportionabiliter additur uni parti frigiditatis alia parte frigiditatis ſupra iuncta, quia fit duplum eius quod prius erat quã addita una parte caliditatis ſuper duabus. Nam ex tribus partibus caliditatis ad duas, quæ prius erant in calido in primo fit ſolũ trium ad duo proportio ſequialtera. Et propter hanc rationẽ inqt Arnaldus medicina temperata addita medicinæ calidæ in primo de illius caliditate remittit. Nam in calido gradus primi partes calidæ in duplo ſunt ad partem frigidam. ſunt enim illæ duæ hæc una. Et per cõmiſtionem temperatæ cum calida in prĩo fit proportio ſexquialtera facta cõparatione partium calidaꝝ ad partes frigidas, quæ ſexquialtera proportio proculdubio minor eſt quã dupla. Hæc ẽ tota eius ſentẽtia quã ut potui clarius enarraui. Sed huius fundamentũ ex antedictis conſtat eſſe falſũ. Nõ eñi gradus primus ſupra temperamentum duplã proportionẽ habet, ſed ſolum ut diximus ſexqquartã ſumpto tẽperamẽto in medio iuſticialis latitudinis in gradu ut quatuor. uerum aũt eſt qđ frigiditas, quæ eſt ut quatuor in tẽperamẽto in proportione maiori addit ſupra frigiditatẽ ut tria, quæ eſt in primo gradu caliditatis, quã addat caliditaſ, ut quatuor eiuſdẽ temperamẽti ad caliditatẽ ut quinque, quæ ẽ in eodẽ gradu prĩo. Nã frigiditas tẽperamẽti ad frigiditatẽ primi gradus caliditatis proportionẽ habet ſexquitertiã, caliditas uero eiuſdẽ temperamẽti ad caliditatẽ gradus primi unã ſubſexquiquartã habet proportionẽ. Tãtũ enim gradus remittit de una qualitate tẽperamẽti quãtum ſupra tẽpamẽtum addit de oppoſita, Et hoc ĩ prædictis cõpatõibus de facili ĩtelligitur. qđ ſi rurſus uelimus accipe proportõem quã habẽt ptes calidæ oẽs ad ptes calidas primi gradus tãtũ & proportionẽ quã habẽt frigidæ oẽs ptes ad ptes frigidas primi gradus calidita-

tatis facta commiſtione ex medicina calida in primo & tempe rata.procul dubio inueniemus eſſe auctam proportionem par tium frigidarum omnium ad partes frigidas calidæ ī primo quā ſit aucta proportio partium omnium calidarum ad partes cali- das primi gradus. Ex tempamento enim ſumuntur partes qua- tuor frigiditatis.ex gradu autē primo caliditatis tres,quæ additæ prædictis,quæ erāt quatuor ſeptem conficiunt,quarum ad tres proportio eſt dupla ſexquitertia. Si uero omnes capiantur ca- lidæ & conferantur calidis primi gradus tantum,procul dubio minor quam ea,quæ dicta eſt erit proportio.Sunt calidæ partes primi gradus quinq;.quatuor uero temperamēti,que ſimul po- ſitæ nouē cōſtituūt quarum proportio ad quinq; eſt ſuper qua dripartiens. Conſtat autem quod in maiori proportione fri- giditas temperamenti addit ad frigiditatem primi gradus quam caliditas eiuſdem temperamenti addat ad caliditatē eiuſdem. Et ideo uerum eſt quod medicina temperata remittit medici- nam calidam in primo.quantum autem remittat,poſterius erit manifeſtum.. Non enim puto aliquo prædictorum modorum diſtinctā poſſe à nobis cognitionem haberi quantū ſcilicet una medicina de altera deprimat in miſtione illarum ad inuicem.

De medicinis uero oppoſitarum qualitatum in diſtinctis gra- dibus tenet Arnaldus quod ſemper gradus īferior ſuperiorem deprimat plus quam per unum gradum,quod ſic conatur oſtē dere.accipiatur inquit medicīa frigida in primo,accipiatur quo que medicina calida in ſecundo, & accipiātur partes utriuſque qualitatis,quæ ſunt in uno quoq; eorum & addantur calidæ ca- lidis,& frigidæ frigidis & deinde proportio calidarum ad frigi- das inſpiciatur & conferatur etiam proportio quam habeāt par tes calidæ ad partes frigidas in calido ſecūdi gradus ad propor- tionē q̄ uim hēnt partes oēs calidæ ſimul ad ptes frigidas quæ ſūt in medicina cōpoſita ex medicina calida in ſecundo,& frigida in primo. Et manifeſtum eſt ſecundum Arnaldū qđ calidū ī ſe cundo hēt partes quatuor caliditatis & unam frigiditatis.frigidū

uero in primo frigiditatis habet ptes duas & unã caliditatis maniſeſtũ ẽt eſt quod partibus uniformibus ſimul cóiunctis erũt caliditatis partes quinq; & partes frigiditatis tres, qđ ſi capiatur proportio inter has partes manifeſtum eſt, quod nó reſultat proportio eadẽ quæ in utrouis cóponentium per ſe conſpiciebatur. ná in calido gradus ſecundi partes calidæ maiorẽ proportionem habent ad partes frigidas quã in compoſita ex calido in ſecũdo & in frigido in primo, propterea qđ ibi eſt proportio quadrupla hic aũt ſupbi partiens. Rurſus in medicina frigida in primo eſt caliditas ſecundum eum media pars frigiditatis. in medicina uero compoſita eſt plus quam medietas caliditatis ſicut conſtat de tribus reſpectu quinque quare cum medicima cópoſita non habeat unam qualitatem quæ reſpectu alterius quadruplam habeat proportionem non poterit eſſe in gradu ſecũdo quia talis gradus per quadruplam conſtituitur proportionẽ. In gradu autẽ primo etiam eſſe non poterit propterea qđ una qualitas plus eſt q̃ medietas reſpectu alterius. primus aũt gradus reſultat p proportionem duplã unius qualitatis ad alterã & hoc modo inquit Arnaldus patet quod frigidum in primo remittet calidum in ſecundo infra finem primi & idem frigidum in primo deprimet calidum in tertium infra finem gradus ſecundi & calidũ in quarto ĩtra finẽ gradus tertii. Et ró huius eſt ſecũdũ Arnaldũ quia qualitas, quæ ẽ in gradu ĩferiori non inuenit qualitatẽ gradus ſupioris liberã ſed ligatã cũ aliqua portióe qualitatis naturæ ĩferioris & ideo q̃litas ĩferioris gradus illi addita plus diſtare facit a tẽpamento quã ipſa p ſe ſufficeret. Sed ĩ his dictis iã apparet falſitas. nã æq̃litas nó debet ueluti medietas primi grad⁹ ſupponi neç pro q̃rta pte ſecũdi, uel pro octaua tertii uel pro ſexta decima quarti, nã (ut móſtrauimus) ſecũdus gradus caliditatis excederet extremum ipſius latitudinis propterea quod temperamẽtũ iuſtificiale excedit gradũ mediũ latitudinis naturalis, qui ẽ gradus quartus reſpectu cuius gradus primus habens duplam proportionẽ eẽt, ut octo. & ſecundus gradus eſſet ut ſexdecĩ &

tertius,ut trigintaduo & q̃rtus ut ſexagintaquatuor quæ nihil ab ſurdius. Propoſito etiã temperamẽto tanquã unitate & gradu primo tanquã binario,& gradus ſecundo tanquã quaternario,& ſic deinceps cõſtituta ſemp proportione dupla ĩ gradibus ſuo modo manifeſtiſſima incõueniẽtia & abſurda ſequentur,impoſſibile enĩ eſt quod gradus inferior deprimat ſuperiorem oppoſitæ qualitatis aliquãto plus quã gradus ipſe inferior diſtet a temperamẽto.ageret enim ut cõſtat ultra gradum propriũ. Nã ſi frigidum in primo coniungatur calido in ſecundo,& plus deprimat de calido in ſecũdo quã ipſum ſit frigidum,ſupra tẽperamẽtum pono ꝑ ĩpoſſibile illud.quod a frigido in primo debet deprimi ex calido in ſecundo eſſe ſeparatum ita q̃d in aliquo ſubiecto ſit caliditas ſola maior uno gradu ſupra tẽperamentum,& tunc quero an medicina frigida tãtum in uno gradu illã corrumperet,an nõ,& manifeſtum quidẽ uidetur quod nõ,quia a proportione minoris in æqualitatis proueniret actio ,immo fortius corruptio quod eſt ĩpoſſibile. Diceſ forte quod accepta pte illa,quæ ex calido in ſecundo diminueretur ꝑ frigidum in pri͂o poſita in aliquo ſubiecto non eſſet ultra gradum primũ calida. Propterea quod ratione tẽperamenti in medicina calida in ſecundo gradu dicebatur ultra unum gradum. In ſe uero cõſiderata ſine tẽperamẽto nõ dicebatur tãti gradus. Sed hoc nihil facit præinductæ rationi,accipio enim partem hanc eſſe cum tẽperamento ſicut eſt quãdo ponitur in calido gradus ſecundi, nam aliter nunc diceretur diminui ultra gradum unum,ex quo gradus denominat ſemper cõpoſito ſibi temperamẽto,nam & frigidum in primo ꝑ duas medietates dicitur ſecundum ipſum quarum alterã hẽt ex tẽperamento,alterã uero ex eo.q̃d ſupaddit In propoſito igitur ſi ponatur calidum ultra primũ gradũ,manifeſtum eſt q̃d frigidum in gradu primo præciſe nõ reducet ad tẽperamẽtum,quod tamẽ deberet ſecundum eius rationẽ, quia frigidum in pri͂o ultra gradum unũ põt remittere de calido gradus ſecundi. Rõ quoq; Arnaldi mihi nõ poteſt uideri nõ erro

nea. Nā medietates duæ frigiditatis rei frigidæ in prio', nō āplius uiriū accipiūt ab una medietate frigiditatis quæ ē cū calido ī ſecūdo ratiōe tēpamenti quā ptes q̄tuor caliditatis quæ ſunt in calido in ſecūdo accipiāt ab una medietate caliditatis quæ ē in frigido in prio ſecundū ſuā poſitionē. Et probabile qdem eſt & rationabile tātū ab una parte caliditatis frigidi in prio auxilii præſtari in reſiſtendo ne ipſū calidū in ſecūdo remittatur, quātū in remittēdo pars frigiditatis rei calidæ in ſecūdo duabus frigiditatis ptibus quæ in gradu prio frigiditatis ſunt pōt adiumēti afferre. Eo maxie qđ frigiditas gradus ſecundi eſt quodāmodo ſopita magis & confracta per quatuor caliditatis partes quā caliditas frigidi in gradu primo ſit per duas partes frigiditatis. Quare homo iſte dato uno inconuenienti alia admittit quæ nec philoſophia ferre nec medicina poteſt tolerare. Sequitur enim præter prædicta ex hac poſitione quod medicina inferioris gradus iūcta ſuæ poſitæ in gradu ſuperiori proportionabiliter plus deprimat ſi ſupiori gradu iungatur quā ſi īferiori. exempli gratia ſi medicina frigida in primo cōiungatur medicinæ calidæ in quarto plus proportionabiliter deprimet quā ſi eadem iūgatur calidæ in tertio ſicut ipſe expreſſe cōcedit. ob id exiſtimo quod medicina īferioris gradus plus proportionabiliter addit ſupra minorem qualitatem gradus oppoſitæ qualitatis cū qua in ſpecie cōuenit quā ſupra maiorē, quod hoc modo mōſtratur exemplo. ſumamus enim calidum in quarto, cuius partes caliditaris ſecundum ipſum ſūt ſexdecim, accipiatur etiam frigidum in primo. cuius partes frigidæ ſūt duæ, & quia calidum in quarto habet frigiditatis partem unam, qua addita prædictis duab⁹ erūt frigiditatis ptes tres & q̄a frigidū in prio caliditatis habet partem unā ea igitur iuncta prioribus erūt caliditatis ptes decē & ſeptē. Cōſtat aūt plus proportionabiliter additū partibus frigidis quam partibus calidis. Et rurſus proportio quæ eſt inter partes calidas ad partes frigidas eſt quincupla ſuperbipartiens, quæ manifeſte eſt infra proportionem quarti gradus ad temperamentum.

& infra etiam proportionem tertii gradus ad idem ſecundum eius poſitionem. Sed quia maior eſt quam proportio gradus ſecundi ad temperamentum ideo complexio medicinæ ex prædictis compoſitæ erit ſupra gradum ſecudnum, & ĩfra finem tertii. Partes etiam caliditatis diminutæ neceſſario plures erũt quã octo, ex quo gradus quartus ſexdecim habet partes, & eſt medicina cõpoſita ĩfra finem tertii gradus, cuius partes ſũt octo, erit igitur medicina calida in quarto pluſquã p octo partes de præſſa. At uero ſi medicina eadem frigida in primo medicinæ calidæ in tertio fuiſſet adiuncta, ad ſummum partes quique remiſiſſet integras. nam ſi remiſiſſet partes ſex, ſequeretur ꝙ medicina calida in tertio duobus fuiſſet gradibus diminuta ex quo tantum habet caliditatis partes octo, à quibus ablatis ſex duæ remanent, quæ reſpectu temperamenti gradum primum conſtituũt. Eodemque modo minus remitterent de gradu ſecundo quã de tertio, & de primo minus quam de ſecũdo. pauciores enim partes inferiori gradu ſemper medicina remittit. hoc autem inconueniẽs eſt, quam maximum & irrationabiliſſimum, quod facillime poteſt oſtendi ſupponẽtibus primũ nobis partes in gradibus eſſe æquales, quod etiam prædictæ poſitioni neceſſe eſt dicere, ut iam cõuicimus, ex quo temperamentum pro una parte accipitur in gradibus ſingulis, ſupra quam ſinguli ſuam conſtituunt proportionem. ſunt igitur omniũ graduũ partes æquales. Si enim in uno gradu maior pars eſſet, quam in alio. non eſſet unus gradus ad alium in dupla proportione. Hoc ſuppoſito arguatur ſic, ubi eſt idem agens æqualis appropinquatio, minor reſiſtentia debet fortior actio produci, quam ubi eſt maior reſiſtentia, in duplo. Sed ſic eſt quod in frigido in primo coniuncto calido in tertio partes tres frigiditatis intelliguntur, nouem uero caliditatis. Remittuntur autem per miſtionem caliditatis partes quinque ad ſummum. ergo ubi frigidum in primo iungatur cum calido in quarto, cum quo inuenit maiorem reſiſtentiam, debet pauciores quam quinq; caliditatis partes au-

ferre. Sunt enim partes reſiſtentes decemetſeptem. partes uero agentes ſolūmodo tres. igitur nō poſſunt partes octo deprimere. Agerent enim pluſquā in duplo ultra gradum propriū. Rurſus eſſet neceſſe dicere ſecundum hanc uiam, quod medicina frigida in primo medicinam calidam in tertio ad temperamentum deduceret, quod nullus ſanæ mētis auderet dicere. Nam omne agens quod ſui uirtute poteſt in aliquod paſſum aliquantum reſiſtens pōt in aliud paſſum tātundem uel minus reſiſtēs. & ſecundū eādem q̄titatem actiōis. Sed ptes tres frigiditatis poſſunt ex ptibus ſexdecim ad minus partes octo tollere. ergo tres eædē partes ex nouē poterunt tantundē ad minus remittere, & ſic remanebit pars una, ī qua tempamentū ſubſiſtit. quare medicina frigida in primo cōiuncta medicinæ calidæ in tertio poterit ipſā reducere ad tempamentū, qđ ſolū medicina frigida ī tertio in doſi æq̄li pōt. dico. n. in doſi æquali quia multiplicata doſi nō eēt incōueniens, frigidā in prío id agere, qđ frigida ī tertio. Eadē ferme uia qua reprobatus eſt Arnaldus de gradu cōpoſitæ medicinæ ex gradib⁹ inæqualibus oppoſitaꝝ qualitatum reprobari pōt in aſſignanda q̄titate determinata remiſſionis uni⁹ qualitatis ab altera. In quo qdē ipſe hanc generalē regulā ſuppo nit. qđ acceptis ptib⁹ utriuſq; qualitatis excedētis & exceſſæ hoc ē gradus ſupioris & gradus inferioris oppoſitaꝝ qualitatū, cū aduertere debemus quota pars excedētis ſint ptes exceſſæ, & ſi fuerit medietas, erit prim⁹ gradus, ſi q̄rta pars ſecūdus, ſi octaua tercius, ſi ſextadecima quart⁹. Si uero nulla haꝝ præciſa occurrat. neceſſe eſt dicere, quod medicia compoſita eſt in aliqua meta alicuius quatuor graduum eo, quod ſemper proportio partiū excedentium & exceſſaꝝ ad inuicem erit inter duas proportiones graduū ſibi conſequentium. Inſpiciendum igitur eſt inter quos gradus proportio partiū reſulrat, & hoc quādo nō eſt proportio alicuius ītegri gradus, & hoc modo ſcietur quæ meta gradus ſit, in quā medicina inferioris gradus ſuperiorem deducat. Quod ut clare intelligatur manifeſtemus exemplo. Compona

tur medicina tẽperata cũ medicina calida in primo & accipiã-
tur partes calidæ quæ ſecundũ eius doctrinã ſunt tres, & partes
frigidæ, quæ ſunt duæ, inter calidas aũt & frigidas partes non re-
manet dupla proportio, ut poſſumus dicere medicinam hanc
cõpoſitã eſſe primi gradus neq; eadẽ põt eſſe tempata, cum una
tertia caliditas ſuperet frigiditatẽ. Meta itaq; aliqua, quæ ſit citra
finẽ primi gradus erit ſitus talis medicinæ cõpoſite, Meta uero
ipſa hoc mõ depræhenditur p fundamentũ qđ uigeſſimoquin
to apophoriſmo ſupponit, Cõſtat.n.ſecundum intellectũ ipſi⁹
qđ uirtus qualitatis depreſſæ in quolibet gradu tãtũ minuitur re-
ſpectu ſui in tempamẽto quãtum ſuperatur à qualitate eleuata,
& ſic frigiditas primi gradus eſt ĩ duplo minoris uirtutis quã frigi
ditas temperamenti, Quod ſi id in quo minus eſt frigiditas pri
mi gradus dematur à tota frigiditate compoſita ſcilicet ex frigi
ditate temperamẽti & frigiditate primi gradus caliditatis rema
nebunt duæ tertiæ de qbus ſi auferatur medietas toti⁹ ĩtegri re-
manebit ſexta totius integri, quæ ẽ tertia medietatis toti⁹.iſta igi
tur portio frigiditatis, quæ eſt in tempamento reſpectu cuius fri
giditas primi gradus habet rationem tertiæ partis, aufert primo
gradui caliditatis partem tertiam. Ita quod qualitas depreſſæ tã-
tum auferta à qualitate eleuata quãtum uirtus qualitatis depreſ-
ſæ cum gradu q̃litatis eleuatæ minuitur à uirtute eiuſdẽ q̃litatis
depreſſæ cũ gradu qualitatis nõ tãtũ eleuatæ. Hic modus ſup
ponit radicem, quam ſuperius reprobauimus de duplicatione
graduum inter ſe, ulterius eſt diminutus non aſſignans rationẽ,
quare accipi debeat differentia qualitatis remiſſæ in ipſis conpo
nẽtibus & hãc ſubtrahere à partibus eiuſdem qualitatis remiſſæ
reſultantibus ex utroque cõponentiũ, & tãtundẽ deprimere de
qualitate eleuata. Præterea etiam fundamentũ eſt falſum, & ſuæ
poſitioni repugnans, qđ ſcilicet tantum uirtus depreſſæ qualita
tis in quolibet gradu minuatur reſpectus ſui in temperamento
quantum qualitas depræſſa ſuperatur ab eleuata. nã ſi ſic quo-
modo medicina qualitatis depreſſæ, & gradus ĩferioris plus põt
minuere de qualitate oppoſita eleuata ĩ gradu ſuperiori quam

de eleuata in gradu inferiori cum in gradu ſuperiori habeat oppoſitum fortius & cõſimilis qualitas debilior ſit in uirtute. Debilior eſt enim frigiditatis pars, una in gradu quarto, quam eadẽ in gradu tertio, eo qđ in quarto plus ſuperatur ab eleuata. Quomodo igitur eadem, utpote frigida in primo gradu plus diminuet de caliditate quarti gradus quã tertii. Quare hæc tota imaginatio confuſa eſt, nunc rationalis, & ad multos perducens errores. Verũtamen ſi noſtro modo cõparatio fiat inter calidũ, i primo & temperamẽtum, uerum erit quod frigiditas calidi. in primo arithmeticæ erit mĩoris uirtutis quam frigiditas temperati. Nam in calido, in primo ſunt tres gradus frigiditatis i temperamento uero quatuor, & ſic per gradum unum exceditur frigiditas primi gradus caliditatis a frigiditate tẽperamenti, & eodẽ modo temperamentum per tantũdem ſuperatur in caliditate a primo gradu. Hoc autem Arnaldus nundum uiderat.

Caput quartum qua multiplicatione opus ſit, ut medicina quæ eſt oppoſitæ qualitatis conuertat alterã diſtincti gradus, uel in ſe uel ad temperamentum ſecundum Arnaldum, & confutatio poſitionis eius.

Eſtat uidere hoc loco q̃d multiplicata quãtitas alterius medicinæ facere habeat ĩ medicina cõpoſita. r Et ſiquidem medicinæ ſimplices in oppoſitis qualitatibus fuerint diſtinctoꝝ graduum, duplicata medicĩa ſuperioris gradus (putat Arnaldus) eam acquirere medietatem eius quod perdiderat per medicinam inferioris gradus ſibi adiunctam. Quod an omnino uerum ſit. poſterius erit a nobis diſcutiendum, quod autem putat terminum ſuperioris medicinæ facta multiplicatione ipſius in doſi eſſe gradum ſuum propriũ recte dicit, & quod multiplicata doſi inferioris duplex poteſt terminus occurrere, & temperamentum & ſitus complexiõis propriæ. Sed admodum fallitur cum nume

rum multiplicationis requiſitum in medicina inferiori, uult determinare ad hoc, ut ſuperiorem reducat ad temperamẽtum. Exempli gratia ad hoc, ut frigidum primi gradus. calidum quarti contẽperet, dat ipſe talem regulam. Inter calidũ in quarto, & frigidum in primo ſumenda eſt differentia in partibus calidis ad partes frigidas, & manifeſtum eſt, quod ſecundum modum eius calidum in quarto, habet partes quindecim caliditatis plures, quam habeat frigidum in primo, quod eo tantum plus hẽt partem unam frigiditatis. Superatur igitur portio una frigiditatis a q̄ndecim partibus caliditatis, in quindecupla proportõne. & totiens (ĩquit Arnaldus) multiplicari oportere doſim frigidi in primo, ut fiat temperamentum ex eo, & calido in quarto. Et per eandem rationẽ, ſi ſeptupletur frigidum inprimo, tempera bit calidum in tertio, & ſi tripletur reprimet calidum gradus ſe cundi ad æqualitatem. Per conſimilẽ etiam rationẽ, ſi frigidum in ſecundo quinq̄es accipiatur calidum in quarto, reducet ad temperamentum. tertium uero gradũ ad idem reducet, ſi ſolũ duplicetur & addatur tertia eius pars, hæc omnia ſecundũ eius poſitiõem clare patent acceptis partibus uniuſcuiuſq; gradus qui ſimplicem medicinam denoĩat facta comparatione inter partes oppoſitas, & ſecundum denominationẽ proportionis, ſumendus erit numerus multiplicationis medicinæ ĩferioris eo modo, quo exemplo monſtrauimus, & ſemper ut fiat æqualitas inſpiciendum eſt, ut æqualis ſit numerus partium utriuſque qualitatis. nam tunc habetur propoſitum. Sed huiuſmodi poſitio mea quidem ſententia multipliciter ſibi contradicit. ſuperius enim poſuit medicinã inferioris gradus plus proportionabiliter diminuere de medicina oppoſitæ qualitatis in gradu ſuperiori, q̃ in gradu inferiori. Hoc autem loco uult in multo maiori proportione medicinam inferioris gradus ſuperaddi debere medicinæ ſuperioris gradus, q̃ medicinæ gradus inferioris, ad hoc ut conuertat ad temperamentũ, in maiori iquã proportione, quã ſe hẽant gradus ſupior, & gradus inferior, a quibus debet

fieri detractio ſeu remiſſio.exẽpli gratia.ſi quinq; doſes medicinæ frigidæ,in primo poſſunt medicinã calidã,in tertio ad temperamentum reducere pauciores q̃ decem debent ſufficere ad reducendum calidũ in quarto ad idẽ temperamentũ . ex quo una tantũ doſis frigidi in primo ſcd̃m eum eſt ſufficiens ad remittendũ calidũ in q̃rto infra finẽ tertii.accepta igitur hac medicina intra finẽ tertii,manifeſtum eſt,ꝙ ſcd̃m poſitionem eius per frigidũ in primo reducetur ĩtra finẽ gradus ſecundi . Cui ſi iterũ addatur frigidum in prio,neceſſario reducet intra finẽ gradus primi,per tres itaq; doſes tantũ reducet calidum in quarto ĩtra finẽ primi gradus,nec requiruntur doſes duodecim,ut poſt modum . abhinc deducat ad temperamentũ,ut ſumma ſit quindecim doſium. Sed tantũ præter prædictas tres doſes,una doſis ſufficiet,maxime cum in gradibus æqualibus oppoſitæ medicinæ ſe ad temperamentũ refrangãt , frigidum ãt ĩ prio opponitur calido in prio,quod factum eſt ex calido in quarto p̃ tres doſes frigidi in primo. Rurſus hoc loco pugnãtia ponit. Si.n: duplata quantitas reſtaurat medietatem eius,quod hẽt ſimplex quantitas facta ab ea detractiõe per medicinam oppoſitæ qualitatis,quod ipſe putat eſſe de conſenſu oĩum medicoꝝ quantum ad medicinã gradus ſuperioris. Exẽpli gratia ſi cõiungatur medicina calida in quarto cũ medicina frigida in prio,dicamus gratia exempli,ꝙ deprimitur gradus unus caliditatis,quãuis Arnaldus teneat quod depreſſio fiat ultra gradum .duplata igitur quãtitate medicinæ calidæ in quarto,acq̃ritur medietas gradus. & triplata reddit gradus quartus,qui fuerat denominãs ante miſtionem. Accepta uero medicina gradus inferioris,utpote frigida in prio. Si dupletur quãtitas eius,debet eodẽ mõ proportionabiliter augeri. Vna ãt doſis eius ex calido ĩ q̃rto remittit plus, quã per unũ gradũ.ergo duplicata doſis per unũ gradum & dimidiũ uel ultra,& triplicata p̃ duos gradus,& ultra,& q̃ncuplata per tres,& ſeptuplata per quatuor,ita ut ſemp per doſes duas gradus unus remittatur.Et ſic adſummũ ſeptẽ doſibus medici

næ frigidæ in primo ad temperamentum, calida in quarto medicina deduceretur. Verum autem eſt qđ ipſe dicit contra Alchindum, qui putauit multiplicationem fieri debere ſcđm doſim medicinæ deprimendæ, & non ſecundum doſim medicinæ deprimentis, quāuis in numero doſium uterq; conueniat. Nam ut dragma una piperis ad temperamentum per uiolas deducatur, quæ ſunt frigidæ in primo ſecundum Alchindū ſufficiunt dragmæ quindecim ipſarum. ſcđm uero Arnaldum reqūruntur dragmæ q̄dragintaqnq; earundē cū doſis eaꝶ ſint dragmæ tres. Expimento, n. cōſtat (inq̄t Arnaldus) quod facta miſtione mō Alchindi quātūcunq̄; medicina fuerit fermētata, adhuc eſt notabiliter acuti ſaporis. Nihil āt tale eſt tēperatum. Recte q̄dem in hoc. ſed nec ipſe rectū poſuit numeꝶ cū pauciores doſes uiolaꝶ ſufficiāt. ſi. n. tot accipiātur quot ipſe dixit, accipiendas nón tantū tēperata, ſed etiam frigida in prīo medicīa conficitur, quare nec ipſe oīno potuit charybdī euitare, ſicut accuratius mōſtrabitur cū noſtrā ī hac re opinionē expoſuerim⁹. Vtriuſq; igitur opinio ueluti nō naturalis, ſed onerоſa abiiciēda eſt, q̄a quēadmodum (inq̄t Auerrois) nō pōt eſſe maior error ī arte medicinæ, quā ille quē poſuit Alchindus, in cuius fundamento ēt cōcordat Arnaldus, q̄rē his præmiſſis poſitionibus, ut mōſtrauimus irrōabilib⁹, & cōfuſis procedēdū nobis ēſt alia uia, & ubi defecerit. q̄ ante nos fuerūt noſtra opa cū dei gratia ſuppleatur.

Caput quintum de gradu medicinæ cōpoſitæ ex ſimplicibus oppoſitaꝶ qualitatum indiſtinctis gradibus, & cōfutatiōe rationum Arnaldi aduerſus Auerroim.

d Vo capita per nos iam poſita ſunt ante determinationem poſitionis Arnaldi primum de dignoſcēda medicina compoſita ex ſimplicibus eiuſdē qualitatis & gradus ſecundnm de cognoſcenda medicina compoſita ex ſimplicibus oppoſitarum qua

eius ratio in hoc ſuſtinetur,& fundatur, quia quantũ una quali-tas fortificatur ſupra temperamentum tantũ poteſt reprimere contrariã,& qa frigidum in primo per unũ gradum ſuperat tem peramentũ,per tantundẽ remittet calidũ,in quarto. Sed con-tra.quia ſecundũ Auerroim,nó poteſt hoc dici ppea quod nó eadem ſeruatur proportio in gradibus.nã proportio quæ ẽ gra-dus primi ad temperamentum,non eſt alioꝝ graduum ad gra-dum primum.Hæc ſunt quæ Auerroi obiicit Arnaldus, quæ non puto hẽre uim maximã,ſi qs ea, quæ præmiſimus oĩa bene aduerterit.Dicamus igitur quod expientia,& rõne conſtat tan-tum medicinã ſuperioris gradus deprimi ab oppoſita ĩferioris gradus quãtum hæc diſtiterit a tẽperamento. expientia inquam eo mó quo cóplexio medicinaꝝ ſimpliciũ eſt repta ab effectu quẽ in corpus hũanum producũt.Rõne uero nó ea, quã ipſe ſupinduxit,& aſcripſit Auerroi,qui nó ſenſit qđ ille exiſtimauit de proportione graduũ ad tẽperamentũ,& qđ primus ad illud duplã hẽat proportionẽ.ſed eius rõ eſt,qa queadmodũ additio in gradibus p ordinẽ naturalẽ nũeri cóficitur,ut ſupior reſpectu ĩferioris addat gradũ unũ. Similiter ſubtractio ſeu dimĩutio & remiſſio debet fieri prædicto mó ordine retrogrado ſcđm natu ralẽ nũeri cóſtitutionẽ.Quia igitur medicina calida,ĩ quarto hẽt latitudĩs iuſticialis gradũ extremũ includentẽ latitudinẽ totã ca liditatis,quæ reſpectu nó gradus dicitur eẽ,ut octo reſpectu ue ro mediæ latitudinis in q̃ cóſiſtit æqualitas,ut q̃tuor. Si igitur ac cipiatur gradus octo caliditatis i una doſi alicuius ſimplicis me dicinæ calidæ,in quarto,&accipiatur ẽt doſis una frigidæ,in pri mo gradu,quæ reſpectu totius latitudĩs frigiditatis eſt ut qnq;,re ſpectu uero tẽperamenti,ut unũ,& duæ hæ medicinæ inuicem miſceãtur calida,uidelicet in quarto,& frigida ĩ prĩo .mãifeſtum ẽ qđ illa,q̃ eſt quarti gradus debiliorẽ uincet,quæ eſt gradus pri mi.uirtus tamẽ fortioris debilitabitur,quãtũ uirtus inferioris ſu perat tẽperamentũ.Et qa frigidũ in prĩo per gradũ unũ tẽpera-mentũ excedit calidũ,in q̃rto ad calidũ,in tertio faciet declina

n Ec mirum ſi tot doſes requirit medicĩa ſuperior ad conuertendam medicinam ĩferiorem ad gradum ſuæ qualitatis, quot medicina inferior, ut ad ſuũ gradum perducat. Sicut enim ad conuertendum frigidum in primo ad quartum reqruntur doſes duæ eiuſdem quarti, totidem tertii requiruntur, ut cõuertatur ad tertium, & totidem ſecundi ad ſecũdum, & totidem primi ad primum. Nam altius eadem medicina eleuatur per medicinam quarti gradus, quam per medicinam gradus tertii, & ſic ſucceſſiue. Si enim ad eundem terminum, per ſuperiorem & inferiorem deduceretur proculdubio eſſet minor quantitas medicinæ gradus ſuperioris, quam medicinæ gradus inferioris, quod operæprecium ſic exiſtimo diſcutiendũ. Duæ doſes quarti gradus caliditatis perducunt medicinam frigidam in prĩo ad quartum. Vna doſis ad tertium, quod patet per ſubtractionẽ unius gradus ab una doſi. media igitur doſis ad ſecundum, & quarta pars ad primum perducet. Eodẽ modo doſes duæ gradus tertii eandem frigidam in primo perducunt ad tertium. una uero perducet ad ſecũdum, dimidia ad primum, & quia doſes duæ gradus ſecundi medicinam ipſam frigidam in primo perducũt ad ſecundum, una tantum doſis perducet ad primum, quæ uero eſt in primo, requirit doſes duas. Quare patet quod reſpectu eiuſdem termini minus requirit medicĩa ſuperioris gradus, quã inferioris, ut patet infraſcripta figura.




Si quis diligenter aduertit inſpiciet, quod in præſcripta figura ſeruatur proportio non ſolum unus gradus ad alterum in comparatione ad eundem effectum, ſed etiam eiuſdem ad ſe ipſum in comparatione ad diuerſos conſequenter ſe habentes. eadem uia quātum requiritur, ut medicina ſecundi gradus frigiditatis perducatur ad ſingulos gradus caliditatis perſcrutari poſſumus. Nam quia medicina calida in quarto frigidam in ſecundo in ſe

conuertit per doſes tres. Per doſes duas reducet ad gradum tẽr tium. intelligitur enim ut quinq; à quibus ſubtractis duobus per medicinam frigidam in ſecundo remanent calida in tertio. Per unam autem doſim calida in ſecundo conſtituitur, per di-midiam uero doſim in gradu primo. Calida uero ĩ tertio, quia per doſes tres in ſuam denominationem reducit, per duas in calidam in ſecundo, per unam uero calidam in primo, ſicut patet ex ſubtractione graduum medicinæ inferioris à nume-ro graduum medicinæ ſuperioris. Si autem accipiatur calida in ſecundo, quia ut conuertat frigidam in ſecundo requirit doſes tres, ſi eius accipiantur doſes duæ, tantum erit medici-na calida in primo. Quia uero medicina calida in quarto, ut cõ uertat frigidam in tertio, requirit doſes quatuor, ut eandẽ in ca liditate gradus tertii, traſmutet doſes tres ſufficiunt. Duæ uero ut ad caliditatem ſecundi perducatur. una uero ad caliditatem primi. Calida autem in tertio, ut eandem per eoſdem gradus in fra ſe trãſmutet requirit doſes tres, & doſes duas, per primas .n. tranſmutat ad caliditatem ſecundi gradus. per alteras uero ad caliditatem primi. Per quatuor enim doſes poterat in ſui con-uertere complexionem & gradum. De calida uero in ſecundo non difficile eſt cognoſcere per quatuor enim doſes in ſe pote-rat conuertere. per tres igitur ad gradum primum perducet, qđ clare conſtat augentibus gradum p multiplicatas quãtitates. de inde ſubtractis gradibus, qui medicinã denominant, quæ in una tantum doſi accipitur, & propterea quia calidum in quarto per doſes quinque conuertebat doſim unam medicinæ frigidæ in quarto, neceſſe eſt dicere quod per doſes quatuor ad gradum tertium caliditatis trahat per doſes tres ad gradum ſecundum. per doſes duas ad primum, quæ omnia exemplari figura inſi-nuantur.

Calida in quarto. Calida in tertio.




Calida in ſecundo.

Vides ne quo pacto hac uia 'eiſdem pricipiis perueniam ad ordinatos gradus oppoſitæ qualitatis per ordinatam doſiū appoſitionem ,quod ſi quis uoluerit nó ad oppoſitā qualitatē

tranſferre per ordinem graduum ,ſed ſolum ordinatam gradu-
um detractionem efficere non illi facilis & artificialis deerit mo
dus. Si .n. uolumus medicinã frigidã in q̃rto p calidã in q̃rto ad
frigiditatẽ tertii gradus remittere poterimus facile & doctrina-
li uia dignoſcere hoc pacto. Doſis una medicinæ calidæ i q̃rto
reducit frigidam in quarto ad temperamentum ,ergo tres quar-
tæ partes eius eandem reducent ad frigiditatem primi gradus
& duæ quartæ ad frigiditatem gradus ſecũdi. una quarta autem
ad frigiditatem tertii. Si enim tota doſis diuiditur i quartas qua-
tuor, quæ ſimul ſũt ſũptæ habẽt gradus quatuor, ita ut ſingulis
quartis debeatur proprius gradus. Acceptis igitur tãtum quar-
tis tribus illius doſis erit medicina calida in primo acceptis ue-
ro duabus, calida in ſecundo, accepta autem una calida in ter-
tio. ad frigidum autem in quarto, habet medicina calida in ter-
tio tres caliditatis gradus ,& ad eandem duos calida in ſecũdo,
unum uero calida in primo. Prædictæ uero tres quartæ partes
duæ quartæ, & una quarta unius doſis calidæ in quarto, ſingulæ
uirtute æquales ſunt gradibus tertio ſecundo & prio .tres enim
quartæ quarti gradus poteſtate ſunt, gradus tertius duæ gradus
ſecundus ,una primus igitur ad eãdem frigidam in quarto quar
tæ partis medicinæ calidæ i quarto proportionabiliter ſe habẽt
ſicut ſub ſequenti figura monſtratur.

Calidam in quarto quomodo per gradus remittat frigidã i q̃rto

Per unã doſim Temperata per tres quartas Fri-

gida in primo.

Per duas quartas Frigida in ſecũdo per unã Fri-

gida in tertio.

Eodẽ modo ſi frigidum tertii, uelimus per gradus decreſcentis ſuæ qualitatis antequam ad gradus qualitatis oppoſitæ, perducatur procedendum erit nobis per tres quartas, medicinæ calidæ in tertio, ſit temperamentum per duas in primo, per unam in ſecundo. eodem modo conſiderandum quomodo ex medicina calida in tertio, fiat remiſſio & dicendum quidem eſt, ꝙ in unis doſibus temperamentum efficitur, additis igitur duabus tertiis unius doſis uni doſi alterius ad gradũ primum eiuſdem qualitatis perducet in qua prius à tribus denominabatur. Addita uero una tertia tantum ad gradum ſecundum. Duæ enim tertiæ unius doſis medicinæ tertii gradus, ſunt uirtute integrum unum & una doſis integra medicinæ calidæ in ſecũdo. quæ frigidam in tertio ad primum uſque gradum perduxiſſet. Vna uero tertia eiuſdem calidæ in tertio. una doſis eſt medicinæ calidæ in primo. quæ ſimiliter frigidam in tertio. ad gradum ſecundum perduxiſſet. Et aduertendum ꝙ una quæque doſis tanti uel tanti gradus in tot partes ſecanda eſt per quot gradus ſuſcipit denominationem ut uni cuique gradui correſpondeat in doſi pars proportionalis. Quia igitur medicina calida ĩ quarto, gradus habet quatuor, in quatuor quoque partes diuidenda eſt. Calida uero in tertio. in partes tres. quantum etiam facit medicina quarti per unam. uel duas ſui quartas partes unius doſis tantum idem facit calida in tertio. per unam, uel per duas ſui tertias. ſicut conferentibus ſequentem cum præcedenti figurã licet de facili conſpicere.

Calida in tertio. quomō per gradus remittas frigidā in tertio.

Per unā doſim Tēpata p duas tertias. Ad gradum primū. Per unam Ad ſecundum.

Nec admirari oportēt tantū enī uirtute continet una quarta medicinæ calidæ in quarto quātum una tertia medicinæ calidæ in tertio, & una medietas calidæ in ſecundo, nā ſi tota una doſis ē calida in gradu ſecundo, eius medietas erit calida in primo. addita igitur frigida in ſecūdo, ad frigidæ primi gradus pducet. ſiquidem tota doſis poterat per gradus duos remittere, & ad tēperamentum uſq; deprimere, ſicut ex naturali ēt philoſophia ſatis monſtratum arbitror. per hāc rationalem methodum poterit unuſquiſq; depreſſionem ordinatam uniuſcuiuſq; medicinæ p ſuam oppoſitam aſſignare, ſiue eiuſdem fuerint gradus ſiue non. Modo in eas partes ſecetur per quas facta fuerit denoīatio. Nā medicina calida in tertio poteſt frigidā i quarto ordīatæ remittere. integra enim ad gradum primū, duæ uero tertiæ ad gradum ſecūdum, una uero ad gradum tertium eodē mō tu cōſidera in reliquis. De conuerſione igitur medicinæ inferioris & oppoſitæ qualitatis à ſuperiori Et de ordinata remiſſione medicinæ oppoſitæ qualitatis hæc dicta ſufficiāt. e contrario uero de cōuerſiōe medicinæ ſuperioris ab inferiori deinceps dicendū.

Caput decimum de confutatione cuiuſdam poſitionis de conuerſione medicinæ ſupioris & de ſenſu p gradus eiuſdem p applicationem medicinæ īferioris in oppoſita qualitate.

q Væramus igitur & perſcrutemur diligenter quot doſes medicina frigida in primo gradu requirat ut calidam in quarto ad frigiditatem primi gradus conuertat. Et ſimiliter calidam in tertio, calidam in ſecundo, calidam

à primo. Et rurſus inueſtigemus, quo pacto per medicinam fri-
gidam in primo calidã in quarto remittamus ad caliditatem ter
tii, caliditatem ſecundi, ad caliditatẽ primi. Eodem mõ deſcen-
damus per gradus medicinæ calidæ in tertio, & per gradus cali-
dæ in ſecũdo, quibus quæſitis forte quis exiſtimabit ſatiſfacere.
ſi eorũ quæ prædicta ſunt meminerimus. Dictum eſt .n. quod
multiplicata doſi multiplicatur gradus. Tantum igitur doſim
multiplicabimus medicinæ frigidæ in primo, quod tot gradus
habebimus quot in medicina conuertenda inuenti fuerint. Et
tunc medicinã temperatam per cõpoſitionem efficiemus cui
addita doſis q̃nta medicinæ frigidæ in primo quas doſes intel-
ligemus eſſe quinq; graduum frigiditatis, & à quibus ſi ſubtrahã-
tur gradus quatuor caliditatis, q̃ erãt in medicina calida in quar-
to neceſſario totum cõpoſitum erit frigidum in primo. Et ſic
ad cõuertendã medicinam calidã in quarto, in una doſi ad fri-
gidam in primo neceſſe erit accipere doſes quinq; medicinæ fri
gidæ in primo. Ad cõuertendum uero doſim unam medicĩæ
calidæ in tertio, requiruntur doſes quatuor eiuſdem medicinæ
frigidæ in primo. Intelligũtur .n. gradus quatuor, à quibus ſub
tractis gradibus tribus medicinæ calidæ in tertio, reliquum fiet
frigiditatis gradus unus. Ad conuertendum uero calidam in ſe
cundo, requiruntur frigidi in primo doſes tres à quibus ſubtra-
ctis gradibus duobus, unus frigidus & idem primus. Eadẽ pror
ſus uia procedendum, ut frigida in ſecundo & in tertio cõuer
tant medicinã calidã, in quarto, & ſuo modo de reliquis gradi-
bus ſicut per figurã hic poſitam demonſtratur.

Vt medicina frigida in primo, ſecundo, tertio, quarto.
calidã cõuertat in quarto, tertio. ſecundo. & primo.

| | |
|---|---|
| Per quinque doſes | Calidam in quarto |
| Per quatuor | Calidam in tertio |
| Per tres | Calidam in ſecundo |
| Per duas | Calidam in primo |

Vides ni fallor medicinam gradus īferioris ad cōuertendā medicinam ſuperioris gradus ſupra numeꝝ graduū ſuperioris medicinæ tot gradus ſupaddere per quot medicina inferior nominabatur ſicut ſupius ad conuertendū medicinā inferiorem dicebamus medicinā ſuperiorē ultra primā doſim tot ſupaddere quot eſt numerus graduū medicinæ īferioris. Videamus rurſus de conuerſione alioꝝ inferioꝝ graduum reſpectu ſupiorum & dicamus qđ medicīa frigida in ſecundo ut conuertat medicinā calidā in quarto, requirit doſes quinq;. nā intelligentur frigiditatis gradus ſex. à qbus ſubtractis caliditatis gradibus quatuor erit medicina frigida in ſecundo. Ad conuertendam uero calidam in tertio doſes quatuor. intelligitur enim ut quinq; calidam uero in ſecundo doſes tres, & intelligitur ut quatuor, calidum uero in prīo p duas ſemper. n. numerus gradus medicīæ cōuertentis cōputatur. Et numerus medicinæ cōuertendæ ſupadditur. Simili mō ſi per frigidā in tertio uelimus cōuertere calidam in quarto accipiendæ erūt frigiditatis doſes quinq;, ſi uero calidū in tertio doſes quatuor, calidum in ſecūdo, doſes tres, calidū in primo doſes duas, ꝑtopter cōſimilē rationem quā prædixim9. & ne ſepius nos oporteat repetere, uide ī ſupradicta figura. quæ ueriſſima ratione monſtrauimus. Quēadmodū in conuertēdis medicinis īferioribus ā ſupioribus tot doſes reqrebātur inutraq; ſupioꝝ ſi futura erat cōuerſio medicinæ inferioris ad gradū proprīū utriuſq;. Nā & calida in quarto & calida in tertio ad cōuertendum frigidum in primo, requirebat doſes duas tantū, ſimiliter requirit medicina frigida in ſecundo, & frigida in tertio, pro cōuerſione utriuſq; prædictoꝝ, & eadē rō, quæ ibi aſſignanda eſt. habet. n. altera ad ſupiorem gradū eleuare, & conuertere, & quanto eſt altera fortior tanto plus habet agere, & ideo æquales doſes requiruntur, ubi uero idem ſit actionis terminus paucio res doſes una quā altera habebit, Rurſus ſicut ſupius facto temperamento ex doſibus oppoſitaꝝ qualitatū deide addita doſi alterius cōuertebatur ad primū gradū. duabus uero ad ſecūdū,

& ſic deinceps eodē mō facto tēpamento per doſes quatuor, frigidi in primo cū calido in quarto in una doſi, deinde ſup addita doſi una frigidi in primo, totū efficietur frigidum in primo qđ patet ēt ſubtractis gradibus q̄tuor à gradibus qnq;. Eodē mō tu ſpeculare in reliquis. Sed mirabile quid dicis qđ nō probabile eſt, qđ facto temperamēto ex una doſi medicinæ calidæ in quarto, cū quatuor doſibus medicinæ frigidæ in primo una doſis medicinæ calidæ in quarto, quæ ē i quadruplo potētior, quā doſis una medicinæ frigidæ in quarto ſolū poſſit ad gradū unū caliditatis pducere, ſicut ſuperius ſatis eſt demoſtratum. Et doſis una medicinæ frigidæ in primo poſſit ad tantum gradum frigiditatis perducere. Ad quod forte dices, quod medicina frigida in primo reducit prædictum temperamentum ad frigiditatem in primo nó ratione unius doſis tātum ſed ēt ratione cæterarū doſiū. quæ ſunt quatuor. ſicut calida in quarto agit & reducit ad gradū primū caliditatis rōne alterius etiā doſis, quæ in tēperamento intelligitur. Et rurſus in eo qđ eſt agere ſecundum unū gradū nō differt medicina primi gradus à medicina quarti gradus, ſed ſecūdū aliā rōnē cum utraq; poſſit agere ſecūdū uirtutē unius gradus. Differunt aūt qa quæ ē quarti gradus pōt per quatuor gradus agere nō multiplicata doſi, quæ uero eſt primi grad⁹ nō, niſi multiplicetur queadmodū patet ſi ex ipſis ſimul iūctis fieri debet tēpamentū. Quod ſi dicatur ſuppoſito tempamēto, addo q̄rtā partē unius doſis medicinæ calidæ in quarto. Et manifeſtū eſt ſecundū predicta qđ quarta pars mediciæ calidæ in q̄rto eſt calida in primo. Reducet igitur tēpamentum ad calidū in prīo. Sicut doſis una mediciæ frigidæ in prīo idē poterat reducere ad frigidū in primo, qđ ſi admittatur, addo quartas duas partes eiuſdem medicinæ calidæ in quarto, quæ quia dicebatur calidæ in ſecundo reducēt ad caliditatē ſecundi gradus & tres ſupadditæ ad caliditatem tertii. Quatuor uero quartæ ad caliditatē q̄rti, & ſic doſes duæ mediciæ calidæ i q̄rto poterunt doſes q̄tuor medicinæ frigidæ in prīo ad caliditatē gradus q̄rti

cinam calidam in ſecundo, & iuxta prædeterminata quintas duas partes diminuit,& ſic naſcitur medicina calida in quarto, minus tribus quintis. Et huius accepta doſi cum qua miſceatur calida in primo remouens quintas tres partes,& ſic fit medicina calida in tertio,minus una quinta parte.quo facto quid ſubtrahat quod deerat reliquũ facta miſtione calidi in ſecundo.à reliquo quod erat facta miſtione calidi in tertio,uidendum eſt. Et ab eo toto quod erat reliquum unius doſis facta miſtione calidi in primo ſubtrahendũ eſt. Et quod relinquitur additur calidæ in tertio.minus una quĩta parte. Et ſi quidẽ erit eiuſdem cõplexionis,& gradus non eſt miſtio,ſed appoſitio. Si uero ſit infra gradum tertiũ minus quinta parte ſubtrahendum eſt. Et demum uidendũ quod naſcitur per ſubtractionẽ illud eſt quæſitum in medicinis eiuſdem qualitatis. Si uero fuerint diſtinctarũ qualitatum omnes eiuſdem qualitatis ſecundum ordinem cõſtituendæ ſunt.& à maiori ſubtrahendum eſt per ordinem ut explicuimus.& hoc facto ex utraq; parte uidendũ an medicĩa compoſita ex calidis ſolum in æquis doſibus accepta ſit intenſioris gradus quam cõpoſita ex ſolis frigidis. Et tunc gradus inferioris ſubtrahendi ſunt à gradibus ſuperioris ſicut in ſimplicibus diximus. eandem enim utrobiq; ratio eſt & facta depreſſione ſecundum prædictos canones habebitur gradus medicinæ compoſitæ.

Caput ſextum de ſolutione cuiuſdã obiectiõis Arnaldi aduerſus Auerroim de multiplicata quãtitatie ſimplicis mediciæ

N On eſt prætereundmu hoc loco quod Arnaldus aduerſus Auerroim ſæpius repetẽdo inducit quod quãtitas duplata alicuius medicinæ nõ auget ſuper gradũ naturalem ipſius gradum alterum,propterea qđ medicina eſt uniformis per totum quantacunque fuerit quantitas eius,nec magis calida eſt aut frigida intenſiue ſed forte quidem extenſiue. Inquit enim pueros quoſdam & adultos multam quantitatem mellis comediſſe,qui tamen nullam malã diſcraſi

am conſecuti ſunt, cum tamen plures quam quatuor doſes co‑
mediſſent. Sed nó aduertit hic hó plurima quæ animaduer‑
ſione digna cenſentur. Primum quidem quantum ex parte
medicinæ in ſeuerum eſt quod eadem in quantiſcunque par‑
tibus eſt intenſio, modo formam illam ſibi naturalem habue‑
rint ad quam ſequitur qualitas illa habitualis penes quam medi
cinarum gradus diſtinguntur, ſed poteſt medicina ad aliam có‑
ferri, & ad corpus humanum. Et utroque modo eſt differentia
in gradu intenſionis nam minor pars quam ſit doſis nó poteſt
tantum medicinam oppoſitam alterare quantum ſi fuiſſet do‑
ſis una. Et ſi rurſus fuiſſet quantitas maior quam doſis fortius al‑
teraſſet niſi forte una doſis oppoſitam conuertiſſet, tunc enim
maioris quæcunque quantitas nullam intenſiorem qualitatem
potuiſſet inducere. Velocius tamen idem gradus qualitatis fuiſ
ſet à maiori quantitate productus quam à minori. quando tamẽ
nondum prouentum eſt ad conuerſionem ſemper maior quã‑
titas intenſiorem gradum producit. In reſpectu uero ad cor‑
pus humanum ſemper maior quantitas intenſiorem producit
qualitatẽ quouſque uita corpus derelinquat. Pro ſolutione ue‑
ro eius quod obiicit Arnaldus ſciendum differentiam eſſe in
ter medicinam abſolute & cibum medicinalem, multiplicatio
enim quantitatis in medicina abſolute quæ cibus non eſt pro‑
culdubio ſecundum Aueroim gradum multiplicat ſicut ma‑
nifeſto ſigno concludit quod ſuperius induximus, & non ſo‑
lum extenſiue magis alteraret ſed etiam intenſiue. Et forte etiã
medicina quæ cibus eſt eodem modo agit & per multiplicatã
quantitatẽ ẽt gradũ multiplicat quãuis modus alius doſandi ſit
in cibo medicinali & in ſimplici & pura medicina. Nam quæ
eſt pura medicina calida in ſecũdo nó habebit pro prima eius
doſi uncias duas quẽadmodum habet mel quod eſt cibus me
dicinalis ſed forte dragmas duas. Præterea dicitur, quod cibus
quilibet medicinalis qui eſt reſpectu alicuius corporis tanti gra
dus ſi eius dupletur quantitas in eodem corpore producet in

eodem corpore qualitatem per gradum intenſiorem. Neque ea experientia quam inducit Arnaldus monſtratur contrarium Poteſt enim contingere ex diſcraſia corporum ad oppoſitam qualitatem, quod talis medicina non eſſet reſpectu eorum dicenda calida ſed forte temperata, quod uel eos ad temperamentum perduceret, uel eos in temperamento confirmaret. Poteſt rurſus & aliud contingere, ne aſſumptione mellis pueri, & adulti aliquã diſcraſiã incurrerit, & eſt qđ ipſi fuiſſent eiuſdẽ qualitatis & gradus per eandem autem qualitatem & gradum regimem habetur conſeruatiuum & non alteratiuum. ratione enim prædictorũ cibus abſolutus eſſet, & nõ magis læderet eos, quã cibus naturalis in corpore temperato. nam quemadmodum habetur in ſecundo artis paruæ calidiora calidioribus frigidiora frigidioribus indigent adiutoriis, & loquitur Galenus de regimine conſeruatiuo quare etc.

Caput ſeptimum quo pacto gradus quatuor aſſignantur in medicinis reſpectu corporum diſtemperatorum.

q Via reſpectu corporis humani temperati medicinæ omnes accipiunt gradum, qui multiplex eſt propter uarias operatiões quæ in corpore temperato ab illis producuntur. alia eſt enim immanifeſta alteratio ĩ prĩo occurſu, quæ primũ gradũ efficit, alia uero manifeſta quæ ſecũdum. Alia rurſus occulta corruptio, quæ tertium. Alia manifeſta, quæ quartum gradum denominat. Nõ abre dubitabit aliquis, an ĩ corporibꝰ naturaliter lapſis iidẽ ſint gradus cũ manifeſtæ eædem opationes reperiãtur. Nam reſpectu corporis naturaliter lapſi medicĩa dicitur tẽpata quia quãdo comeditur ex ea quantitas, quæ nõ eſt ſenſibilis cõparando eam quantitati partium diſſolutarum à corpore tunc nõ inducit in corpus rem extraneam, non tamen homo concedit de ea quantitatem ſenſibilem quemadmodum de cibo cui uerius at

tribuitur nomen temperantiæ cum ponat naturales partes ci-
bati. Et eſt in ſpecie partis diſſolutæ. ſecus uero in mediam q̄uis
enim ponat naturales partes cibati. tamen illa pars non eſt inſpe
cie partis diſſolutæ & habet in ſe partem actiuam & alteratiuam.
ideo'q; cum ſuper uenit ægrotationi contrariæ illa operatio uo
catur curatio ut dicit Auerrois *in* libro colliget. Difficile eſt etiā
inuenire medicinam temperatam in operationibus omnibus
Reſpectu etiā eiuſdem corporis naturaliter lapſi inuenitur mē
dicina quæ immanifeſta alteratione eum alterat, quæ dicitur eſſe
gradus primus. Et quæ manifeſta dicitur gradus ſecundus. Eo-
dem modo de immanifeſta & manifeſta corruptione, quæ gra
dum tertium, & quartum conſtituunt. Manifeſtū autem eſt q̄d
non eadem eſt medicina temperata reſpectu corporis tempe-
rati & reſpectu corporis naturaliter lapſi, neq; eadem in primo
gradu reſpectu utriuſque, & ſic de cæteris gradibus. Pro huius
autem notitia dicēdum probabiliter ui detur quod ab optima
ſanitate contingit labi per gradum & per graduum manſiones.
ſuppoſuimus enim in prioribus omnem gradum magnam ha-
bere latitudinem & manſiones plures, ſed tres quæ forte ſunt tā
tummodo ſenſibiles. Si igitur corpus labatur ab optima ſanita-
te per primam manſionem primi gradus dicitur inſenſibiliter
labi & incipit denominari corpus ſalubre ut multum. Si uero p̄
duas manſiones primi gradus dicitur fieri neutrum ut multum
uerſus ſalubria. Si uero in tertia manſione primi gradus dicitur
fieri corpus neutrum, ut multum uerſus ægrotabile. Si uero per
primam manſionem ſecundi gradus erit neutrum ſimpliciter
Et ſi per ſecundam eiuſdem fiet ægrum ut multum. Si uero per
tertiam manſionem ſecundi erit ægrum ſimpliciter. Si uero per
primam manſionem tertii labitur ad ægrum ut nūc & iam ægro
tat. His ſuppoſitis diuiſionibus corporum non eſt difficile ui-
dere quæ unicuique corpori naturaliter lapſi ſit medicina tem

perata, & quæ primi gradus & quæ ſecundi, & ſic deinceps ſi conſimilis fiat diuiſio medicinæ cuius diuiſionis membra conferantur diuiſioni prædictæ de corporibus. Dicamus ergo qđ ſi medicina tẽperata ſimpliciter eſt illa, quæ corpori ſalubri ſimpliciter talis exiſtit, quæ ab ea lapſa fuerit per primam manſionẽ gradus primi, erit temperata reſpectu ſalubris ut multum. Quæ uero per ſecundam erit temperata reſpectu neutri ut multũ uerſus ſalubria. Et quæ per tertiam manſionem eiuſdem erit temperata corpori neutro, ut multum uerſus ægra, & quæ conſtituta fuerit in prima manſione gradus ſecundi, erit temperata corpori neutro ſimpliciter. Et quæ ſecũdã habuerit manſionem gradus ſecundi, temperata erit reſpectu corporis ut multum ægri. quæ uero ĩ tertia fuerit temperata cẽſebitur in reſpectu ægri ſimpliciter & quẽadmodum prima tertii gradus meta in diuiſione corporum conſtituebat corpora ægra, ut nunc etiam ægrotantia ſimilimodo eiuſdem tertii gradus meta prima in partitione medicinæ reſpectu nullius corporis erit medicina tẽperata, ſed reſpectu ægri ſimpliciter erit medicina primi gradus. Secunda uero eiuſdem meta erit gradus ſecundi. tertia uero meta erit gradus tertii. Medicinæ uero gradus quarti, in quacunq; meta erunt medicinæ mortiferæ reſpectu corporis ægri ſimpliciter cum corpus hoc inter cætera corpora ſit naturaliter debiliſſimum, Aduertendum eſt quod tertia meta gradus ſecundi ſola non erit gradus primus ægri ut multum nec prima tertii gradus, erit ſecundus gradus eiuſdem nec ſecunda tertii. erit gradus tertius. Nam ſequeretur quod per metam tertiam tertii corrumperetur per illam enim ſortirentur gradum quartum. Sed aduertendum quod corpora quãto magis naturaliter lapſa fuerit ã temperamento tanto minor portio graduum medicinarum reſpondentium ipſi temperamento ſufficit ad faciendum

gradum corpori lapſo. Si igitur prima meta quarti gradus ē pro gradu quarto corpori ergo ſimpliciter aliqd illa intenſius correſpondebit pro gradu quarto corpori ægro ut multum. Et ſic de aliis corporibus naturaliter lapſis dicatur. Ita ut omnia corpora gradum quartum attingant. Sed hoc quidem magis illud uero minus. Aduertendum & illud eſt quod quēadmodum corpora naturaliter lapſa per modos octo lapſa eſſe contingit aut enim per calidum, aut per frigidum, aut per humidum, aut per ſiccum. Et rurſus aut per calidum, & humidum, calidum, & ſiccum, frigidum, & humidum, & frigidum, & ſiccū. Vno quoque eorum exiſtente aut ſano ut multum aut neutro ut multum uerſus ſana aut neutro ut multum uerſus ægra aut neutro ſimpliciter aut ægro ut multum aut ægro ſimpliciter ita proportionabiliter medicina his corporibus reſpondens aut eſt lapſa à temperamento per qualitatem unam ſimplicem aut plures & duplicem. Et ſecundum has quatuor gradus uariantur nec dubitandum tam in corporibus quam in medicinis lapſum eſſe ſimplicem quanuis Auerrois hoc neget. nam in corporibus poteſt per tempus eſſe diſcraſia ad calidum āte quam diſcraſia ad ſiccum ſecum ſociarit. Eodem modo de frigido dicatur reſpectu humidi in medicina uero quāuis eius cōplexio actualis non uarietur & eſſet compoſita & non ſimplex tamen qualitas habitualis quæ ad actum reducitur per calorem humani corporis aliquando poteſt eſſe tempata ſecundum unam qualitatem & non ſecundum alteram & ſic habebit & ipſa diſcraſiam ſimplicem. Non eſt autem facile per rationem cognoſcere medicinas cuiuſuis gradus reſpectu cuiuſcunque corporis. Nam in his rebus experientiæ habent locum magnum ut teſtatus eſt Auerrois non ſolum enim reſpectu corporis in ſe uariabitur medicinæ proprietas, ſed reſpectu diuerſorum membrorum. Nam medicina, quæ facit ſaniem in teſticulis non facit ſaniem,

in aure. Oportet igitur medicum diligenter aduertere ut ea, quæ ratione manifeſta nó conſtant ſibi experientia pateant má xime cum in his locum experientiæ habeant, ut plerunque re- petit Auerrois.

Caput octauum, quo pacto contraria in eadem medicina dicantur eſſe hoc quidem ſecundum magis, illud uero ſecun- dum minus.

Via in prædictis inueſtigantes complexionem me dicinæ compoſitæ ex ſimplicibus ſupponebamuſ in ſimplici medicina partes calidas eſſe & partes fri gidas ſecundum tamen magis, & minus quod per denominationem medicinæ monſtratur, ne quis in hoc dubitaret quomodo contraria ſimul eſſe poſſint dicen- dum aliquid eſt & ſimiliter quo pacto ex medicinis compoſi- tis ſimul producantur contrariæ operationes. Nam componē tia, aut habent æqualem uirtutem aut non, ſi habent æqualem uirtutē ex ipſis fiet tēperamētum iuxta ea, quæ prædeterminaui- mus. Si autem alterum fuerit fortius uincet oppoſitum, & eius operationem in corpore fieri non permittet, & ſic contrariæ operationes in humano corpore non apparebunt. Prima ha- rum difficultatum ita ſoluitur ſecundum Auerroim ī libro col liget. Non exiſtimandum eſt contraria eſſe ſimul actu in medi- cina aliqua ſimplici uel compoſita. neq; etiam pura potentiā, tunc enim nullius contrariorum fieret actio in humano corpo re, ſed eſſe ibi medio quodammodo inter potentiam & actum Immo poſſibile eſt quod in multis corporibus cō ſimilibus diſ ſoluantur partes componentes, in quibus poſtmodum inueni antur actu qualitates illæ cōtrariæ, quæ primo in compoſito cō ſimili tantummodo erant medio modo inter potentiā, & actū

neque ſufficiens fuiſſet in ſolutione huius difficultatis, dicere in ſenſibus ſimul & ſemel recipiuntur contraria. ſicut album, & nigrum in pupilla, & ſimiliter calidum & frigidum in, commiſtione aquæ feruentis, & frigidiſſimæ quemadmodum ait Galenus. Nam uirtutes ſenſitiuæ non ſunt prorſus materiales, & omnino alterabiles alteratione manifeſta ab ipſis ſenſatis propterea quod ipſæ uirtutes non ſunt coniunctæ materiæ forti cõiunctione. Medicinæ uero ipſæ materiales ſunt, & materialiter cum alteratione manifeſta corpus alterant, & tranſmutant per contraria. Neceſſe igitur eſt aliter dicere, & imaginari contraria eſſe ſimul, quamuis per ſimilitudinem, non nimis propinquam, ſicut extrema dicuntur eſſe in medio, utputa album, & nigrum in colore citrino. aliter enim unum contrariorum alterum uinceret. eodem modo dici poteſt de medicia compoſita compoſitione artificiali. eius enim operatio ſimiliter eſt ſecundum contraria in ipſa exiſtentia medio illo modo inter potentiam, & actum ſiquidem medicina ipſe eſt unum in eſſe artificiali, ſicut medicina ſimplex eſt unum in eſſe naturali, & quod dicitur de primis qualitatibus intelligi debet etiam de ſecũdis. Poſſunt enim commiſceri, ita ut uirtus quædam habitualis naſcatur media inter uirtutes ipſorum componentium, & medici quidem debuiſſent de hac dicere ſicuti dixerunt de qualitatibus primis. & non imaginari naturam ad ſe trahere illam partem quæ eſt magis conueniens, & magis neceſſaria. ſi enim in medicina non reperiantur uirtutes contrariæ, quomodo poteſt natura ad ſe trahere alteram tanquam magis conuenientem uni membro & niſi alterã ipſarum tãquam magis cõuenientem alteri mẽbro, niſi diceretur. quod tam in qualitatibus primis, quam in uirtutibus ſecundis, cum contraria miſcẽtur, fit quoddam medium utrunq; extremorum habitualiter utrunque continens, & cum tale compoſitum ſumitur a corpore humano per actionem caloris humani corporis ſeparantur & reſoluũtur partes, quæ erãt

in ipſa medicina compoſita eo modo, quo mixtum reſoluitur in elementa, quæ deinde habent actu ſuas qualitates. Et ſi quidem artificio hoc fieri poteſt in miſto uniformi, ſicut de lacte Auerrois concedit multo magis per actionem caloris naturalis. Et hoc forte intellexerũt medici, non autem quod ĩ ipſa medicina compoſita ſint contraria actu. Si compoſitum factum eſt unũ per artificium. hoc autem modo ſenſiſſe medicos probabiliter nobis perſuadere poſſumus eo, quod confiteantur in medicina compoſita inueniri proprietatem. quæ conſequitur totam ſubſtantiam, & non eſt alicuius partium componẽtium, ſicut de theriaca uult Auicẽna, quod maior pars operationum theriace prouenit a proprietate conſequẽte totam ſubſtãtiam. Manifeſtum igitur eſt, quod proprietates componentium ipſam refranguntur in proprietatem illam, & non eſt remotum à probabilitate, quod theriaca aſſumpta per calorem reſoluatur ĩ partes quarum unaquæque habeat propriam uirtutem, & a mẽbris, quibus conferuntur attrahantur. Niſi forte dicat Auerrois quod medicinæ proprium eſt agere, & non pati a corpore. hoc enim eſt cibi, quatenus eſt cibus. Et ideo non poteſt medicina a calore corporis in ſuas partes reſolui, quæ propriam deinde habeant qualitatem. Sed quicquid de hoc ſit, ſatis eſt medicis uel proprietatem conſequentem totam ſubſtantiam agere conuenientia pluribus membris. uel a calore naturali medicinam cõpoſitam reſolui, & ſic agere ĩ ipſum corpus humanum. nõ agit enim medicina, niſi calore naturali fuerit actuata, & per hæc patet reſponſio ad utranq; difficultatum.

Caput nonum, quare qualitas medicinæ non ſic habeat ad qualitatem corporis humani, ſicut ad qualitatem conſimilem alterius medicinæ.

E ulla parte tractat⁹ hic noſter uideatur diminutus, & mancus perquirendũ reſtat, an uerũ ſit, qđ eodẽ modo habeant medicinæ intendere uel remittere noſtri corporis qualitatem, ſicut in prædictis monſtrauimus, quod una medicina reſpectu alterius habet hoc agere. Nam uidem⁹ quod ſi homo habeat ægritudinẽ in quarto gradu. uel etiam in tertio, & dederimus rem calidam, in ſecundo gradu ab ea manifeſte læditur, ſicut a melle qui cauſonem patitur proculdubio læditur. ecõtrario patiens morbũ frigidiſſimum in capite lædetur per unctionem olei roſati, cum tamen prædicti morbi per applicationem mellis uel olei deberent remitti. Ad hoc autem dicendum, quod regimẽ curantiũ, fit per contraria in gradu & forma, quæ autem ſunt eiuſdem formæ potius habent intendere qualitatem quam remittere, propterea quod calor naturalis eſt in actu, cum calore præter naturali, & qualitatem habitualem medicinæ poteſt ad ſe conuertere, ſecus autem cum alteri medicinæ habẽti qualitatem habitualem, coniungitur, & illa non eſt apta conuertere, & forte quia in corpore eſt multitudo formæ caliditatis, & propterea præparatio corporum eſt talis, quod de ſui natura eſt apta conuertere omnia ad conſimilem qualitatem quantũcunq; fuerint remiſſa in ſimili qualitate, & ideo cõtingit quod mellis caliditas, quæ eſt infra caliditatem cauſonis, & quæ de ſe remitteret illam potius intendat, & lædat neque hoc eſt inconueniens in his febribus. A qua etiã cucumeris, quæ eſt frigidiſſima cõuertitur ad coleram maxime cum morbus hic fuerit in iuuenibus proter fortitudinem caloris extranei ſecus autem ubi non ſit extra latitudinem ſanitatis. nam tunc medicina oppoſitæ complexionis corpori poteſt illam remittere, & ſi etiam morbus fuerit in ſene, non ita poterit eius caliditas medicinam cuiuſcnnque qualitatis conuertere ad igneitatem, ſicut in iuuene, & non eſt poſ

ſibile, ut tanta ſit elongatio caloris ſenis a ſuo calore naturali ſicut i iuuene. nam ſi hoc eſſet proculdubio eſſet neceſſariũ, qđ per oppoſita tanti gradus eſſet eorum cura quẽadmodum in cura iuuenis cum ſimili morbo laborantis. Sed hoc eſt impoſſibile. nam ſenex patiens cauſonem propter membrorum radicalium frigiditatem cum febrem calidiſſimam patiuntur ſufficiunt eis medicinæ frigidæ in ſecundo gradu. & rurſus ſi ſeni adhibeantur medicinæ frigidæ ultra complexionẽ ſuã naturalem proculdubio ab eis lædẽtur. Secus uero iuuenibus proſunt, eo quod eorum uirtus eſt fortis ad eas permutandas. Et propterea errauerunt medici inquit Auerois abſolute enunciantes quod quando complexio, aer, tempus anni & ſimilia cum ægritudine conueniunt tunc non eſt egreſſa complexio à propria natura nimio exitu' & poterit curari cum rebus in qualitate oppoſita remiſſis, ſecus uero ubi complexio tempus anni, & aer ab ægritudine diſſentiant. Sed tamen hoc apparet falſum. iuuenis enim patiens cauſonem, cum prædictis omnibus conditionibus, non poteſt curari cum rebus remiſſæ frigiditatis, ſed ſolum cum rebus intenſæ frigiditatis, quæ ſi ſeni cauſonizanti propinentur eius calor proculdubio extinguetur, ratio autem eſt, quia eſto quod uterque cauſonem patiatur, & ſenex & iuuenis, tamen caliditas ſenis non eſt tanta quanta eſt iuuenis in extraneitate, quia minori calore eſt manifeſta. ſi uero intenderetur calor ſenis in extraneitate proculdubio tenderet ad perniciem Decepti igitur ſunt ponentes eundem gradum elõgationis in ſene & in iuuene quare. &c.

Caput decimum & ultimum, quare medicina debilioris uirtutis non ſemper deprimit fortiorem reſpectu corporis humani.

p. Oſtremo aduertendum eſt diligenter. & attendendum, quod nō nunquam reſpectu corporis humani medicina debilioris uirtutis eā quæ fortioris uirtutis eſt, nō debilitat, imo potius fortificat, ſicut acetū adiunctum medicinis calidis eas adiuuat propter apertionem, quāuis acetum reſpectu earum uideatur eſſe frigidum, quod tamen tangit ratione caliditatis. nam ſeparata ab eo caliditate non ageret id, quod cum caliditate agit frangendo lapidem, forte etiam eius ſtipticitas retinendo medicinas calidas ne uelociter pertranſeant earum operationem intendere uidetur, & forte hoc contingit propter aſſimulationem ipſarum medicinarum ad corpus humanum magis addita medicina debili medicinæ forti, quam per medicinam fortem tātū. quia nō ſolum per medicinam fortiorem contingit uirtutē alicuius medicinæ intendere, ſed etiam per medicinam minus fortem. Et nonnulli dicunt ꝙ experientia compertum eſt, quod uirtutes ſecundæ fortificātur cum medicina alia ſimili in eodem gradu, & hoc maxime quando quantitas unius quantitati alterius fuerit æqualis, ſicut patet, quod ſemen apii coniunctum ſemini melonis eſt fortioris uirtutis quam ſemen apii ſolum, & hæc præparatio inuenitur in compoſitionibus antiquorum qui laudauerunt illas medicinas, quarum ſecundæ uirtutes ſe inuicem adiuuant, quāuis in primis ſint contrariæ, ſed tamē dicere poſſumus, quod non ſunt ueræ ſimiles in uirtutibus ſecundis, quæ abſolute ſimiles iudicātur. propterea quod impoſſibile eſt, quod prædictæ medicinæ non diuerſificentur in ſubtilitate ſubſtantiæ, & in groſſicie, in ſpiſſitudine, & raritate, quare neceſſario natura in tranſmutatione earum non æqualiter habebit. Et ab ipſis inuicem iunctis corpus magis permutabitur propterea quod illud quod uelociter corpus egrederetur propter ſuæ ſubſtātiæ ſub-

tilitatem retinetur ab ea.quod eſt tradi exitus,& hoc poteſt eſſe ratio fortificatióis tam ab æquali quam ab ea,quæ debilioris exiſtit uirtutis. Quantum tamen ſit ex parte qualitatum ſolūmodo medicina ſuperioris gradus habet inferiorem eleuare in gradū ſuperiorem. Et hoc modo intelligenda ſunt omnia,quæ prædeterminauimus,& hoc modo haberi poterit complexio medicinæ cuiuſcunq; compoſitæ complexione uero habita non eſt difficile eius doſim inuenire propterea,quod & maxima,& minima doſis ſecundum gradum complexionis attenditur, & ſi quæ diuerſitas doſis reperitur in medicinis eiuſdem gradus, ea contingit propter aliquid additnm gradui,ſicut diuerſitas ſubſtantiæ ſtipticitas,& alia huiuſmodi. Et ſic præſens tractatus cum dei gratia terminat.

FINIS.

A B C D E F G Omnes ſunt quaterni.

Venetiis. M.cccc.lxxxxvii.

X531440531 Nºc.
5305727204 · Nºejemp.

3